

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



25.403

Paed? 1827

COLUTHI

RAPTUS HELENAE.

RECENSUIT AD FIDEM CODICUM MSS.
AC VARIANTES LECTIONES ET
NOTAS ADIECIT

IOANNES DANIEL A LENNEP.

ACCEDUNT EIUSDEM

ANIMADVERSIONUM

LIBRI TRES

TUM IN COLUTHUM, TUM IN NONNULLOS ALIOS
AUCTORES.

EDITIONEM NOVAM AUCTIOREM

CURAVIT

GODOFR. HENR. SCHAEFER.

LIPSIAE

SUMTIBUS C. H. F. HARTMANNI

MDCCCXXV.

403

BIBLIOTHECA BODLEIANA

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

IOANNES DANIEL A LENNEP.

Prodit tandem in lucem, erudite lector, accuratiori paululum lima expolitum Poëmation, quod Colutho Thebano adscribi vulgo solet, de Raptu Helenae. Quod licet notae non sit optimae carmen nec decoribus suis et nativa quadam simplicitate sese magnopere commendet aut quenquam permoveat, ut prae ceteris novam illius editionem comparandi curam in se suscipiat, maxime tamen accommodatum, in quo emaculando sese occupatum teneat atque ingenioli vires experiatur adolescentior quis, quique primis duntaxat labellis scientias attigerit. Etenim sicut plurimum labis recentioris aevi ruina, cum iam poëtica consenuerat quasi et tantum non omne eius decus conciderat, poëmatio nostro adhaesit, ita longinqui temporis iniuria et librariorum stupenda ignorantia haud parum de pristino nitore amisit; unde *corruptissimum simul et mutilum* pronunciare haud dubitavit magnum illud Aca-

demiae Batavae decus, Tiberius Hemsterhusius, vir acutissimi ingenii et consummatae eruditionis laude florentissimus, in Notis ad Lucianum Tom. 1. pag. 252. Equidem non diffiteor, poëtam nostrum Brodaeo, quique postea illius carmen edidere, Stephano, Neandro aliisque, quos nactus fuerat, editoribus multum debere; attamen nondum eo res perducta mihi videbatur, ut omnibus suis numeris absolutissimus in posterum nullius cura et diligentia indigeret. Quod, si quis ad editorum numerum et peritiam animum solummodo attendat, mirum fortassis accìdat; at si consideret, plerosque in limando nostro poëta non nisi perfunctorie versatos esse, haud sane aliunde derivet, quod tot gravissimis mendis refertus hactenus circumferatur. Quod si vel unus Henricus Stephanus maiorem paulo in eo poliendo posuisset industriam, dubitandum non foret, quin multis locis perfectiorem haberemus. Verum non ea libelli dos erat, ut tali viro dignus videretur, in quo sanando multum temporis et laboris insumeret. Ego igitur, cum, antequam Academiae Franequeranae valedicerem ac Leidam me conferrem, ut magnum illum Hemsterhusium, cuius admirator absens hactenus fueram, audirem et studia mea academica ulterius promoverem, profectuum meorum in literis humanioribus specimen aliquod edere meditarer, in hoc stadio mihi decurrendum existimavi meamque operam, qualemcunque etiam, Poëtae addixi. Cum enim libelli moles admodum exigua sit nec nisi res unicuique notissimas complectatur, hocce onus viribus meis quodammodo respondere et multo melius cum fructu aliquo suscipi posse sum ratus, quam si opus aliquod dif-

ficilius, quodque editorem requirebat cum ingenii viribus pollentissimum tum larga, quam multorum annorum assidua exercitatio pepererat, eruditione conspicuum, aggrederer. Maxime autem in hoc proposito animus confirmabatur, quod noveram, penes clarissimum Valckenarium collationem quandam Codicis MS. esse nostri poëtae, eamque pro ea, qua apud illum valerem, gratia facile me impetraturum. In initio quidem constitueram nostro poëtae, qui comes ei plerumque additur, adiungere Tryphiodorum: verum cum postea intelligebam, Iacobum Merrickium Anglum huius poëtae novam parasse editionem, quae Oxoniae in octavo prodiit, ab hoc consilio destiti, tum ne alterius laudi invidus viderer, tum quod verebar, ne in nimiam molem excresceret libellus, maxime si ad calcem adiicerentur Animadversiones nostrae, quas conscribere et in publicum emittere iam tum decreveram.

Ut autem rite persequar, quae propius paulo ad hanc nostram editionem spectant, primo quaedam delibanda sunt ad Codicum MSS., quorum mentio in Notis a me fuit facta, cognitionem pertinentia, tum etiam de vetustis, quibus usus fui, editionibus dicendum. Commemoranda itaque hac in parte benignissima oblatio viri clarissimi ac doctissimi Ludovici Caspari Valckenarii, qui, simulac consilium nostrum ipsi innotuerat, pro singulari favore et prolixa benevolentia, qua me meaque studia adiuvare est solitus, collationem modo iam memoratam mecum communicavit, quam inter libros Vossianos ditissima Batavae, quae Leidae est, Academiae bibliotheca adservat; unde ante annos aliquot in suos usus descripserat vir eruditissimus. Hicce autem Codex quo temporis

articulo exaratus sit, cum nullum eius indicium in collatione Vossiana addebatur, pro certo definire equidem nequeo. Recentem admodum esse et demum, posteaquam Bessario poëma nostrum una cum Quinto Calabro in Apulia repertum cum orbe literato communicaverat, cum plerisque reliquis, qui adhucdum supersunt, Codicibus exaratum verosimile videtur: mira enim lectionum variantium convenientia, quae saepius in collationibus, quibus usus fui, conspiciebatur, unice hanc in animo meo cogitationem excitavit, omnes illos Codices, quorum nonnullos recentioris admodum notae esse postea dicetur, ex eodem fonte derivatos esse et uni eidemque libro Bessarionis originem debere. Quod si verum, ut sane perquam est probabile, nullum horum ante seculi quinti decimi initium conscriptum esse sequitur. Haec eum in finem verbo deducenda iudicavi, ut quis eo lenius ferret, si hic illic, ubi vulnera inveterata Poëtam deformabant et dudum ante inflicta, quam Codices illi conscripti erant, ingenioli frena paululum liberius laxaverim et coniecturis calidioribus indulserim: nihil enim illis in locis auxilii a scriptis manu Codicibus exspectari poterat, quippe qui plerumque conscribebantur a barbara et somnolenta librariorum gente, cui priorum mendas non tantum non tollere, sed eorum numerum novis etiam maculis adaugere mos erat. Imo, quo difficilius saepius fuerit veras et genuinas lectiones detegere, prava correctorum fecit sedulitas, quorum manibus nonnunquam pessime habitus est et contaminatus Poëta, adeo ut vel perspicacissimus sine meliorum librorum subsidio illis locis emendandis vix par foret. Hoc ne quis argumento minus solido a me adfirmari

putet, unicus instar omnium erit locus prae ceteris in rem nostram dignissimus, qui lectori offeratur, vs. 237. ubi hoc modo de Hyacintho canit:

Ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
Λῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, μὴ Διῒ Λητὼ
Σκυζομένη, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν.

Quae verba quam ineptum sensum fundant, suo dicetur loco, ubi sic vulgatam refingendam conieceram:

Ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
Λῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, δηΐδ' ἀήτου
Σκυζόμενος, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν.

Eiusmodi autem, ac in priori loco conspicimus, scripturam, nisi manus correctoris dicam an corruptoris accesserit, a rudi scribarum gente oriri posse ut credam, nullis me verborum machinis quis adducat. Ceterum Codex hicce Vossianus, licet recens admodum conscriptus, inter optimos tamen omnino censendus est, cum non uno in loco eiusmodi lectiones suppeditat, quae menti Poëtae apprime congruant atque proinde genuinae antiquitatis videri queant. Huius Codicis variantibus lectionibus adiutus cum iam aliquamdiu in limando Poëta non sine fructu versatus fueram et variis locis manus auxiliatrices partim huius auctoritate fretus partim sola nixus coniectura admoveram, cumque iam inde bene sperare de futura editione animus quodammodo incipiebat, ingens sane decus, et quale vix sperare ausus fuissem, poëtae nostro conciliatum est summo favore clarissimi atque eruditissimi Iacobi Philippi D'Orvillii, ad quem virum exornandum Gratiae cum Musis contendisse videntur, quique ut omnigena eruditionis supellectile est instructissimus, ita omnium, quotquot Musarum sacra severa lege colunt, fautor liberalissimus. Si-

mulae enim consilium meum de Colutho edendo per literas ipsi significaram eumque impense rogaram, ut, si quid Bibliotheca eius instructissima adservaret, unde splendoris nonnihil ad Poëtam esset redundaturum, id mihi impertiretur, statim, quae maxima viri summi humanitas est, huic petitioni subscripsit non tantum, missis tunc temporis Codicis MS. collatione aliisque, quae usui venire poterant, subsidiis, verum etiam aliorum Codicum collationes, quas aliunde brevi accepturum se adfirmabat, nanciscendi usurpandique spem in animo meo concitavit; quam vanam haud fuisse, re ipsa comprobavit vir ille humanissimus: brevi enim post tres adhuc alias collationes mecum communicavit, adeo ut huius viri beneficio quatuor Codicum variantibus lectionibus fuerit ornata nostra editio. Prima harum collationum, quae Vossianae haud multum bonitate cedit, Florentiae instituta est ad Codicem MS. Bibliothecae Laurentianae, in cuius fine legebatur, prouti a collatore fuerat adnotatum: *Τέλος τῆς ἁρπαγῆς τῆς Ἑλένης Κολλύθου.* Hunc Codicem excipiunt duo Regii, quorum collationes rogatu summi D'Orvillii Parisiis instituit Martinus Bouquetus, inter eruditissimos Benedictini ordinis viros hodie censendus. Ex hisce autem, cum saepenumero cum Vossiano et Laurentiano conspirant, de reliquorum Codicum aetate quodammodo aestimare licet. Priorem enim, qui inter Codices Regios N°. erat 2764. quique in calce praeferebat: *ἐπὶ Φούσκης κρατούσης*, recentem admodum esse et seculo demum sexto decimo exaratum, temporis indicium a collatore adiectum probat. Alter Codex, inter regios N°. 2600., in cuius fine eadem fere, quae in Laurentiano, legebantur: *Τέλος τῆς τῆς Ἑλένης ἁρπαγῆς*, et aetate et

bonitate priorem antecedebat, quippe seculo quinto decimo iam scriptus. Quartus Codex, cuius collationem, curante amplissimo Marchione Theodoro Alexandro Trivultio rogatu cl. A. F. Gorii institutam itidem favori clarissimi D'Orvillii debeo, Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana conservatur; quantum tamen ex collatione eius colligo, parum bonae frugis continere videtur. Aliam praeterea Codicis MS. collationem haud ita pridem mecum communicavit David Ruhnkenius, insignis eruditionis atque humanitatis vir, qui brevi egregium florentis doctrinae pignus Constantini Harmenopuli *Πρόχειρον τῶν Νόμων* splendidiori indutum veste orbi erudito impertietur. Est hicce Codex Hamburgi penes Ruhnkenii amicum, Hermannum Samuelem Reimarum, virum cum ingenii dotibus ornatissimum, tum larga doctrinae segete abundantissimum, qui collationem sane accuratissimam Ruhnkenii rogatu instituit eamque pro singulari de meliorum literarum cultoribus bene merendi studio in meos usus transmisit. Hicce Codex olim Eliae Putschii, deinde Ioannis Alberti Fabricii, idem est, cuius meminit Fabricius Bibl. Graec. Vol. I. p. 363., ubi ante trecentos circiter annos scriptum tradit. Cum autem penitus fere typis esset descriptus libellus noster, iamque ad metam properarent operae, nec proinde commodum alibi locum invenire possent huius Codicis variae lectiones, ego tamen quidquam, quod ad splendorem et intellectum Poëtae conducere quodammodo videbatur, mea culpa praeteriri nollem, ad calcem, ubi et huius Ruhnkenii observata paucula*) invenies, in-

[*) Suis quaeque locis cum ipsius Lennepii Addendis hac in editione inserta sunt. *G. H. S.*]

tegram collationem reiicere decrevi: quae simul magnam Addendorum partem confecere. Praeter memoratas Codicum MSS. collationes priscis Editionibus diligenter admodum usus fui, earumque lectiones, si mutatio quaedam notabilis conspiciebatur, licet saepius veram scripturam minime exhiberent, Notis inserui. Harum plerasque debeo favori nobilissimi Matthiae Röveri, praecellentis doctrinae et ingenii sagacis viri, qui inter alias praeclaras virtutes, quibus omnibus Musarum cultoribus sese merito commendat, et id peculiare habet, quod aliorum, qui aliquid scripto consignare et ingenii sui vires publice experiri tentant, conatibus promovendis semper sese praestet paratissimum. Huius itaque viri beneficio acceptum refero, quod primam editionem ab Aldo una cum Quinti Calabri et Tryphiodori carminibus in forma, ut vocant, octava sine adiecta temporis nota in lucem emissam oculis usurpare mihi contigerit. Illa ita comparata erat, ut reliquas editiones bonitate et accuratione longe antecederet et multas lectiones veras et genuinas exhiberet a posteris editoribus obscuratas, qui ad unum omnes, saltem quorum editiones in manus meas pervenerint, receptis saepe numero pravis lectionibus et cerebelli sui figmentis ad hoc Aldinum exemplar editiones suas conformarunt. Hac editione multo deterior altera ab eodem viro nobilissimo mecum communicata, quae Basiliae per Sixtum Henricpetri prodiit anno seculi sexti decimi sexagesimo nono una cum Quinti Calabri et Tryphiodori Carminibus itidem in forma octava. Saepius autem mendas, quae Aldinae inerant, fideliter exhibet non tantum, sed ubique fere prioribus novas accumulat: quapropter eius lectionibus variantibus plerisque in locis lectorem sine magno detri-

mento carere posse existimavi. Exstat etiam Coluthi Poëma in Opere Aureo, quod Basiliae a Michaële Neandro procuratum est in quarto anno 1559. In hac editione, cuius usum itidem debeo nobilissimo Rövero, reperiuntur praeter observationes paululum ampliores notae marginales, quibus loca Poëtae male adfecta emendare conatus est Neander; quod nonnunquam feliciori forsan successu fecisset, si Codices MSS., quibus plane destitutus fuit uno tantum usus exemplari Aldino, fuisset nactus. Ad hanc suam conformavit editionem Stephanus Ubelus cum brevibus notulis editam Franequerae apud Aegidium Radaeum anno 1600., cuius copiam una cum Iacobi Lectii Corpore Poëtarum Graecorum, ubi fideliter ad Stephani editionem expressum poëmation nostrum reperitur, pro singulari sua humanitate mihi fecit vir doctissimus Petrus Horreus. Sed etsi nec illa ita erat comparata, ut inde multum decoris ad poëtam nostrum posset redundare, eius tamen collationem, ut et Ubeli emendatiunculas, ubi quodammodo memoratu videbantur dignae, lectorem celare religioni duxi. Praeterea diligenter contuli Principes Carminis Heroïci Poëtas ab Henrico Stephano editos, quippe cuius viri accuratissima diligentia in edendis veterum auctorum scriptis et cum ingenii acumine certans insignis eruditio omnibus est perspectissima. Vix tamen quidquam novi reperiebatur, quod non e Brodaei Observatis, cui in Colutho edendo multum se debere ipse fassus est vir doctissimus, hauserat. Hanc editionem praeter Iacobum Lectium, cuius iam supra mentio facta est, secutus est Aemilius Portus, qui tamen, ubi a Stephaniana diversus abiit, plerumque pravas lectiones melioribus substituit, ut suis locis in Notis obser-

vavi. Saepius etiam in consilium adhibui Ioannis Brodaei Notas et Castigationes, quae una cum Adnotationibus in Oppiani Cyneg. et Quinti Calabri Poëma Basiliae anno 1552. in octavo lucem adspexere, in quibus Poëtae loca difficiliora saepe optime, ut solet, explicuit, nonnunquam etiam feliciter restituit. Quin haud raro in partes vocavi Claudii Dausqueii Adnotamenta in Coluthum, quae una cum Adnotationibus in Quintum Calabrum et Tryphiodorum prostant in octavo Francofurti Anno 1614.: qua de re consulendus Fabricius Bibl. Graec. Vol. I. pag. 361. Haec autem observata pleraque ita comparata erant, ut illis etiam sine magna iactura facile careret noster poëta. Praeter Codicum manu exaratorum Collationes insigne prorsus ornamentum editioni nostrae accessit beneficio viri summi I. Ph. D'Orvillii. Miserat enim simul ad me suas in poëtam nostrum observationes, quibus pro arbitrio me uti posse humanissimis, quas adiecerat, literis significabat. Ego itaque, ne quid inde detrimenti editio nostra pateretur, si tantum excerpta nonnulla in publicum emitterem, integris viri clarissimi observatis, quae suis singula locis proposui, eam ornari satius duxi. Imo si hic illic in Notis Falkenburgii coniecturas et emendationes, quae in eius libro in Bibliotheca Lugduno-Batava legebantur, memoratas reperiat, et illas benevolentia clarissimi D'Orvillii me nactum esse sciat lector eruditus. Tandem in hac nostra editione adiectae sunt coniecturae quaedam, quas vir quidam doctus, sive is fuerit Gulielmus Canterus, sive Daniel Heinsius, (utriusque enim nomen in fronte libri conspiciebatur,) sive alius nescio quis, margini editionis Aldinae adleverat. Has enim, cum nonnunquam mi-

nime spernendas animadverteram, Notis inseri magni interesse poëtae nostri censebam. Reliquas autem editiones, quarum meminit Fabricius, inspicere atque oculis usurpare non licuit praeter Christiani Feusteli Miscellanea Coluthianarum Lectionum hisce diebus, cum iam cuncta fere typis essent descripta, a clarissimo doctissimoque viro Petro Burmanno accepta; quae cum Notis in Coluthum Valentinus Ernestus Loescherus Stromateo Dissert. Wittebergae 1723. in quarto inseruit. Illis tamen nihil prorsus inesse, quod scopo nostro inservire poterat, deprehendi. Nec etiam disquirere hactenus datum fuit, cuius pretii sit nova illa Coluthi editio, quae cum Notis et Versione Gallica haud ita pridem Parisiis in octavo prodiit. Quantum tamen ex specimine, quod in Actis Eruditor. Lipsiens. prostat, unde huius editionis cognitio haurienda, colligere licuit, parum continere videbatur, quod nostrae editioni multum decoris conciliare posset. Atque haec hactenus de Codicibus et Editionibus priscis aliisque, quorum mentio in hoc opusculo saepius iniicitur.

Restant quaedam dicenda cum de auctore poëmatii nostri, tum de titulis, quibus vulgo insignitum eius nomen in fronte poëmatii conspicitur. Auctor vulgo habetur Coluthus ille Thebanus celeberrima Aegypti urbe Lycopoli oriundus, qui teste Suida sub Anastasio atque proinde in fine seculi quinti et initio sexti floruit: quam in rem ipse Suidas, ut et Argumenta poëmatio praefixa, videri queunt. Colluthus tamen seu *ΚΟΛΛΟΥΘΟΣ* (pro quo etiam *ΚΟΛΛΥΘΟΣ* legitur ad calcem Codicis Laurentiani) in duobus Codicibus, Laurentiano

nempe et Reimariano, nuncupatur *); unde dubitare quis posset, an recte Coluthus ille Thebanus auctor poëmatii statuatur et non meliori iure Colluthus quidam nomine eius auctor haberi queat: quod nomen olim cognitum et variis hominibus inditum discas e Fabricii Bibl. Graec. Vol. VIII. pag. 332. et 333., ubi binos eo insignitos nomine recenset. Accedit, quod Suidas, ubi Coluthi Thebani scripta recenset, plane silentio praeterierit nostrum poëmation. Quis autem fuerit hicce Colluthus, si a Colutho diversus statuitur, aut quonam tempore floruerit, equidem ignoro, cum nihil certi de illo memoriae, quantum noverim, sit proditum. Nostrum tamen poëmation non multum post Nonni Panopolitae, Tryphiodori aliorumque huius generis tempora conscriptum esse certum styli indicium probat. Multo autem certius est, plerosque illos titulos, qui in fronte Carminis leguntur, a recentiori demum manu fuisse additos. Variant quidem leviter in illis editores, verum cum nemo ex illis, quorum editiones vidi, Codicibus MSS. fuerit instructus, sed omnes ex Aldina editione suas derivarint, non dubitabis, quin in reliquis editionibus pro arbitrio editoris sint immutati et ad Aldinam reformandi, ubi legitur: *ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ περὶ τῆς Ἑλένης Ἁρπαγῆς βιβλίον.* Unde igitur, inquies, Aldus suam hausit? E Suida procul dubio vel Argumento poëmatis e Suida desumto, ubi iisdem plane titulis insignitur Poëta. Huius observationis si quis meminerit, ubi Tryphiodori inscriptionem cum Suida componat, nec eam aliunde quam e Suida hausisse Aldum facile

[*) *Colluthus* unice placet Wernickio ad Tryphiodor. p. 37. *G. H. S.*]

sentiet atque adeo in fronte eius poëmatis longe rectius scribi *ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ΙΛΙΟΥ ΑΛΩΣΙΣ*, quam quod editur: *ΤΡ. Αἰγυπτίου, Γραμματικοῦ καὶ ἐποποιοῦ, Ἰλίου ἅλωσις*, quemadmodum etiam in nostro poëta simpliciter dedi *ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ*. Cui sententiae haud parum roboris conciliant Codices Reimari et Laurentianus, ubi *ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ* reperiebatur. Illud enim *ποιητοῦ* sive addas, sive demas, licet non ita multum intersit, posterius tamen malo, cum certum mihi videatur, eiusmodi titulos, *ποιητὴς*, *ἐποποιὸς* etc., a recentiori manu plerumque scriptorum nominibus fuisse additos, sive ut ab aliis eiusdem nominis distinguerentur, sive tantum honoris gratia eiusmodi titulis insigniebantur.

Hic pedem figere et lectorem, quem iusto iam forsan diutius moratus sum, ad ipsum poëtam dimittere possem, nisi modi adhuc, quem in hac editione procuranda tenui, ratio mihi foret reddenda. Cum itaque illis, quae supra memoravi, subsidiis adiutus uberioribus Notis instructum Coluthum in lucem edi posse animadverteram, consilio, quod antea quodammodo iam ceperam, de conscribendo Animadversionum libro non tantum non destiti, sed multo magis in eo corroboratus sum. Quapropter praeter loca difficiliora poëtae nostri, quae verborum ambitu paululum maiori, quam ut in Notis commode tractari possent, indigere videbantur, ex illis, quae, dum aliorum auctorum scripta versabam, in proprios mihi seposueram usus, quaedam seligere coepi, quae quodammodo luce digna et ad intellectum Poëtae conducere videbantur. Imo, quod ultro fateor, cum in hisce Animadversionum libris, sive quocunque

illos nomine digneris, amplissimus mihi campus pateret, saepius occasionem coniecturas super nonnullis veterum locis proponendi et cum orbe erudito communicandi ultro oblatam avide arripui, saepius etiam quaesivi. Quod cum non ubique aeque facile et ex voto succedebat, postea duobus prioribus Animadversionum libris tertium adiicere decrevi, in quo, Colutho iisque, quae ad illum propius spectabant, missis, per florida Musarum vireta exspatiandi maiorem sumsi libertatem. Cum autem mascula et solida eruditione, quae longa exercitatione crebrisque vigiliis acquiritur et diuturna coctione repetitisque meditationibus demum confirmatur atque corroboratur, destitutum me probe noveram atque adeo parum novi quodque luce dignum erat proferri a me posse animadvertebam, in id potissimum incubui, ut coniecturas et emendatiunculas nonnullis placituras forsan proponerem et hac ratione, si non doctrinae, saltem ingenioli mei periculum publice facerem. In Notis, quae textui subiiciuntur, plerumque brevis esse studui, quippe quas eum potissimum in finem conscripsi, ut, quae propius ad intellectum Poëtae spectabant et interea verbo a me poterant dici, proponerem. Harum proinde magnam partem conficiunt variantes Codicum MSS. lectiones et editorum in nostrum poëtam coniecturae, quas diligenter collegi et, ubi opus videbatur, lectorum oculis exhibui. Interea, si quae loca, quorum curatio non adeo difficilis nec magno verborum molimine opus habebat, reperiebantur, et illa in Notis sanare sum adnisus. Perraro autem, nec nisi ad summum probabilitatis gradum pertingerent, proprias coniecturas, quibus non aliquis Codex MS. adstipularetur, in tex-

tum intuli; ubi vero diversas et vulgato meliores lectiones suppeditabant libri scripti, saepius non sine egregio Poëtae emolumento contextum mutavi. Latinam Neandri versionem, quam postea nonnullis mutatis receperunt Lectius, Portus et Ubelus, in initio e regione textus Graeci adiicere fuerat animus, et si qui errores ab illo commissi videbantur, illos in Notis pro virili corrigere. Verum cum sic nimis crebro res mihi habenda foret cum Neandro nec causam viderem, cur non chartae et lectoris tempori parcerem, novam versionem addidi, quantum fieri poterat, Graeco textui congruentem, nisi illis forsan in locis, ubi scribarum segnities genuinam scripturam obscuraverat; quando plerumque emendationes et coniecturas tum aliorum tum meas secutus sum. Cum autem persaepe Poëta voces et epitheta minus ad res accommodata vel etiam plane otiosa accumulet, mitius etiam laturum lectorem spero, si hic illic parum forte accurate politeque fuerit conscripta. Indices tandem, quantum necesse videbatur, adieci, in quibus tum omnia Coluthi vocabula iusto ordine disposui, tum res et verba in Animadversionibus tractata, tum auctorum nomina, quorum locis potissimum medicinam admoveram, collegi. Erunt fortassis nonnulli, qui sive invidia ducti sive ignorantia (*ars* enim *non habet inimicum nisi ignorantem*) criticos hosce nostros labores maligno oculo spectabunt: verum illis nihil aliud reponam, quam maluisse me hac in parte malignos invidiae dentes experiri, quam morem sequi illorum, qui, dum aliquid scripto consignare idque in publicum emittere student, dudum inventa aliis aut etiam centies recocta sine ullo pudore lectoribus adponunt: a quo turpissi-

mo et detestando more me vel maxime alienum esse scias. Vale, benevole lector, et hisce nostris conatibus fruere, quos si forte benigno oculo excipias, ad maiora tentandum aliquando animo meo stimulos addes.

ΕΙΣ

ΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΝ ΝΕΑΝΙΑΝ

ΙΩΑΝΝ. ΔΑΝΙΗΛΑ ΛΕΝΝΗΠΙΟΝ,

ΤΟ ΤΟΥ ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΜΑ ΚΑΤΑΡΤΙΣΑΝΤΑ.

Πῶς σε λέγειν, θέμις; ἢ κριτικὸν σοφόν; ἢ μελοποιόν;
Δισσὴν δ' ἀγλαΐην σοι πόρε Καλλιόπη.
Εἴ ποτε μολπὴν ἐντύνεις μάλα λειριόεσσαν,
Αὐτίκα χαρμοσύνη λαμβάνει ἦτορ ἐμόν·
Εἰ δὲ κεδάζεις ποιητῶν σκοτόεσσαν ὁμίχλην,
Θαμβέω ἰδμοσύνην, θαμβέω εὐστοχίην.
Ἰὴ, ἰὴ, ΛΕΝΝΗΠΙΕ, δίπλοον ἔλλαχες αἶνον.
Θάλλ' ἔρνος Φοίβου, δεύτερε Καλλίμαχε.

DAVID RUHNKENIUS.

ARGUMENTA

ET

VITA

COLUTHI.

[1]) ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΠΑΓΗΣ ΤΗΣ ΕΛΕΝΗΣ.

[2]) *Κολοῦθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιὸς, γεγονὼς κατὰ* [3]) *Σούδαν ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, μετὰ Ζήνωνα βασιλεύσαντος πρὸ Ἰουστίνου τοῦ θείου Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. Οὗτος ἔγραψε* [4]) *μέτρῳ διάφορα· Καλυδωνικὰ ἐν βιβλίοις ἓξ, Περσικὰ καὶ τὸ παρὸν ποίημα, Ἑλένης Ἁρπαγὴν, ὃ ἐκ* [5]) *Λευ-*

1. *Ὑπόθεσις τοῦ περὶ κ. τ. λ.*] Argumentum hoc reperitur in duobus Codicibus manu exaratis, Parisiensi primo et Vossiano, unde hic edi curavi. Quis fuerit eius auctor, pro certo equidem dicere non habeo, ut nec illud, quonam tempore scriptum sit. Ante Bessarionem exstitisse nullus crediderim: diserte enim legitur e Leucis restitutum fuisse *Coluthi* Poëma; id quod ope Bessarionis factum novimus. Utrum vero ab ipso Bessarione (quod fortassis suspiceris) vel ab alio homine literato istius aevi fuerit compositum, iuxta cum ignorantissimis ignoro.

Ibid. *Ὑπόθεσις τ. π.*] Inscriptionem Argumenti e Cod. Voss. addidi. In Par. A. aberat, ubi initium faciunt *Κόλουθος Λ.*

2. *Κολοῦθος*] Sic poëtae nostri nomen in Paris. A.: sic vetustae editiones in Vita *Coluthi*. *Κόλουθος* tamen in Voss. Cod. et hodiernis *Suidae* editionibus, unde priora desumta esse ex ipso Argumento liquet.

3. *Σούδαν*] *Σούδαν*, non *Σουΐδαν*, habent uterque Codex MS. et in Vita nostri vetustae editiones. A *Neandro*, quem sequitur *Ubelus*, pro *Σούδαν Σουΐδαν* fuit vulgatum. Utroque modo recentioribus fuisse scriptum, notat *Joh. Alb. Fabricius* Bibl. Gr. Vol. IX. Cap. XL. p. 622., ubi notae consulendae. Verum tamen et antiquum nomen *Σουΐδαν*, non *Σούδαν* fuisse, si cum *Casaubono* (quem ibidem vide) contendas, non refragor.

4. *μέτρῳ*] Sic Par. A. In Voss. *μέτρα διάφορα*. Prius malui.

5. *Λευκανῶν νῦν ἀνεσώθη*] In Voss. *ἀνεσώθαι*. Par. A. omittit *νῦν*.

κανῶν νῦν ἀνεσώθη. Γράφει τὴν ἐν τῷ τοῦ Πηλέως καὶ Θέτιδος γάμῳ τῶν θεῶν συναγωγὴν καὶ ἔριν περὶ τοῦ κάλλους· Ἡ καλὴ [6]) λαβέτω τὸ μῆλον. καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς ἔπεμψεν Ἑρμῆν πρὸς Πάριν κρινοῦντα τὰς θεὰς καὶ δώσοντα τῇ εὐειδεστέρᾳ τὸ μῆλον. Πολλῶν δὲ λόγων καὶ [7]) ὑποσχέσεων γενομένων, ὁ Πάρις [8]) δέδωκε τὸ μῆλον τῇ Ἀφροδίτῃ ἐπὶ ὑποσχέσει λαβεῖν τὴν Ἑλένην· ὃ καὶ γέγονε. πλεύσας γὰρ εἰς Σπάρτην καὶ τὴν Ἑλένην [9]) ἀναπείσας ἀνήγαγεν εἰς τὴν Ἴλιον [10]) καταλιποῦσαν καὶ ἄνδρα καὶ θυγατέρα καὶ οἰκίαν καὶ πάντα ἐκεῖ ἔρωτι [11]) τοῦ βαρβάρου.

[12]) ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΒΙΟΣ.

Κολοῦθος [13]) Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιὸς, γεγονὼς κατὰ [14]) Σούδαν ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ κληθέντος Βραχινοῦ, μετὰ Ζήνωνα βασιλεύσαντος ἐν Κωνσταντινουπόλει· μεθ' ὃν ἐβασίλευσεν Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ, καὶ

6. λαβέτω τὸ μ.] Voss. λαβέτο.

7. ὑποσχέσεων] Ita malui cum Par. A. Voss. σχέσεων.

8. δέδωκε τὸ μῆλον] Par. A. δέδωκεν Ἀφροδίτῃ τὸ μῆλον.

9. ἀναπείσας] Voss. καταπείσας.

10. καταλιποῦσαν] Voss. καταλιποῦσα.

11. τοῦ βαρβάρου] Articulum τοῦ, qui in Par. A. desiderabatur, e Voss. addidi.

12. Κολούθου Βίος.] Ut prioris Argumenti, ita et huius auctorem ignoro. Priori adhuc recentius esse et, hic illic nonnullis mutatis, nonnullis etiam insertis, ex eo conflatum videtur. Imo ab ipso forte *Aldo* editioni primae fuisse praemissum crediderim fere. Eo saltem nonnihil facit, quod ipse auctor Vitae testatur, paululum supra mille annos inter *Coluthi* aetatem et tempus, quo Vita eius conscripta est, intercessisse. Anastasius enim, sub cuius imperio *Coluthus* vixit, anno 491. accepit imperium. Jam ab eo tempore ad *Aldi* usque mortem anni fluxere 1024. Consule *Fabricium* Bibl. Gr. in Notis Vol. XIII. p. 605. Quapropter vulgatam vel quidquam mutare velle temerarium videtur; quod tamen a *Neandro* ad voc. Θουσκουλάνου factum. Quoniam vero in prioribus editionibus compareat nec sua careat utilitate, operae pretium mihi fuit visum etiam hic poëtae nostro praemisisse.

13. Λυκοπολίτης] Ald. et Bas. Λικοπολίτης. Id non typographorum errore accidisse discas ex titulo libelli, ubi itidem Λικοπολίτου.

14. Σούδαν] Vide quae paulo ante dixi.

μετ' ἐκεῖνον Ἰουστινιανὸς ὁ θεῖος, ὁ ἐλευθερώσας Ἰταλίαν τῆς δουλείας τῶν Γότθων διὰ Βελισαρίου, ἀνεψιὸς ὢν ἐκείνου. Χίλια ἔτη εἰσὶ καὶ μικρόν τι πρός. Οὗτος ἔγραψε Καλυδωνιακὰ δι' ἐπῶν ἐν βιβλίοις ἓξ, καὶ Ἐγκώμια, καὶ Περσικά. Τούτῳ ἐπιγέγραπται καὶ τὸ παρὸν ποίημα, Ἑλένης Ἁρπαγὴ, ἐν Ἀπουλίᾳ σύνηθες καὶ γνώριμον· ὅπου καὶ ἡ ποίησις τοῦ Ὁμηρικοῦ Κοΐντου πρῶτον εὕρηται ἐν τῷ ναῷ τοῦ θείου Νικολάου τῶν Κασσούλων ἔξω τοῦ Τυρόντου, ὃ ἀνασώσας ὁ θεῖος Βησσαρίων ὁ Νικαίας καρδινάλις Θουσκουλάνου τοῖς βουλομένοις ἐκοίνωσε· καὶ τοῦτο δὲ ἀπόκρυφον γεγονὸς νῦν κοινὸν ἔσται.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΠΟΙΗΜΑΤΟΣ.

Ἔστι δὲ ἰδεῖν ἐν τούτῳ τὴν ἐν τῷ γάμῳ τοῦ Πηλέως καὶ Θέτιδος συναγωγὴν τῶν θεῶν καὶ τὴν τῆς Ἔριδος σύγχυσιν καὶ ἔριν περὶ τοῦ μήλου, καὶ ὅτι ὁ Ζεὺς ἔπεμψεν Ἑρμῆν πρὸς Πάριν κρινοῦντα τὰς τρεῖς θεὰς καὶ τῇ εὐειδεστέρᾳ δώσοντα τὸ μῆλον. Καὶ πολλῶν ῥηθέντων, ὁ Πάρις δέδωκε τῇ Ἀφροδίτῃ τὸ μῆλον ἐπὶ ὑποσχέσει λαβεῖν τὴν Ἑλένην· ὃ καὶ γέγονε. Πλεύσας γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ εἰς Σπάρτην καὶ λαβὼν ἐκείνην ἀνήγαγεν εἰς Ἴλιον, κακὸν ἀρχέκακον πάντων τῶν δεινῶν.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

Κόλουθος Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως· ἔγραψε Καλυδωνικὰ ἐν βιβλίοις ϛ, καὶ Ἐγκώμια δι' ἐπῶν, καὶ Περσικά.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ

΄ΑΡΠΑΓΗ

΄ΕΛΕΝΗΣ.

COLUTHI

RAPTUS

HELENAE.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ

ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ.

Νύμφαι Τρωϊάδες, ποταμοῦ Ξάνθοιο γενέθλη,
Αἳ πλοκάμων κρήδεμνα καὶ ἱερὰ παίγνια χειρῶν
Πολλάκι πατρῴῃσιν ἐνὶ ψαμάθοισι λιποῦσαι
Ἐς χορὸν Ἰδαίῃσιν ἐπαντέλλεσθε χορείαις,
Δεῦτε, θεμιστοπόλοιο νοήματα μηλοβοτῆρος
Ἔσπετέ μοι, κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποταμοῖο·
Ἐξ ὀρέων πόθεν ἦλθεν ἀηθέα πόντον ἐλαύνων,

ΚΟΛΟΥΘΟΥ] Variant nonnihil in poëmatis inscriptione editiones. Vetustissima, ad quam reliqui editores suas concinnaverunt, exhibet ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ ΛΙΚΟΠΟΛΙΤΟΥ περὶ τῆς Ἑλένης Ἁρπαγῆς βιβλίον. Pro eo alii habent ΘΗΒΑΙΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ, vel transpositis vocibus ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ. Ab omnibus abit *Portus*, qui nullo nixus fundamento dedit ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΠΟΠΟΙΟΥ ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ. Exstiteritne in Codicibus MSS. eiusmodi huius poëmatis inscriptio, nec ne, pro certo adfirmare non ausim: posterius tamen verissimum videtur. Si enim in illis, quorum collationibus usus fui, exstiterit, in quatuor minimum, quos omnes cum *Lectii* vel *Stephani* editionibus collatos adscripta notula docet, cum nulla a collatore differentia notetur, eadem prorsus fuerit, sequitur. Falsam esse et adulterinam plane, in praefatione, ubi in veram libelli inscriptionem ope MS. Laurentiani inquirendi locus opportunior, iam probare conatus sum. Sufficiat verbo hic monuisse, in memorato Codice legi ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ, pro quo malui ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛΕΝΗΣ.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ] Haec constans omnium librorum scriptura, ut et in Argumentis Cod. Vossiani et Regii A. In Laurentiano scribitur ΚΟΛΛΟΥΘΟΥ.

v. 1. Νύμφαι Τρωϊάδες, πο-

COLUTHI
RAPTUS
HELENAE.

Nymphae Troades, fluvio Xantho oriundae,
Quae, crinalibus vittis et sacris manuum ludicris
In patria ripa saepe numero relictis,
Ad chorum vos confertis Idaeis choreis,
Agite, consilia pastoris iura reddentis
Dicite mihi, ex amni cum murmure labente prodeuntes:
E quibus montibus per insuetum mare venerit

ταμοῦ Ξάνθοιο γ.] Apud *Callimachum*, quem et alibi imitandum sibi sumsit noster, simile quid invenies, ut Hymn. in Del. 109.

Νύμφαι Θεσσαλίδες, ποταμοῦ γένος, εἴπατε πατρὶ
Κοιμῆσαι μέγα χεῦμα.

Ibid. v. 256.

—— *αἱ δ' ἐπὶ μακρὸν*
Νύμφαι Δηλιάδες, ποταμοῦ γένος ἀρχαίοιο,
Εἶπαν Ἐλειθυίης ἱερὸν μέλος.

ubi fortassis legendum *Εἶπαν Ἐλειθυίῃ ἱερὸν μέλος.*

v. 3. *ψαμάθοισι*] Verto *ripam Brodaeum* secutus. Ita pro *litore ψάμαθος* e *Sophoclis* Aiace v. 1083. notum. Pro eo plurali numero legitur apud *Homerum* Il. *A.* 486.

Νῆα μὲν οἵ γε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν
Τῆλε ἐπὶ ψαμάθοις, ὑπὸ δ' ἔρματα μακρὰ τάνυσσαν.

Differentiam inter *ψάμαθος* et *ἄμαθος* notavit *Hesychius* voc. *Ἄμαθος*, *Ammonius* in utroque vocabulo et *Suidas*, cuius verba mutila sic lege: *Ψάμαθος, παραθαλάσσιος ἄμμος. ἄμαθος γὰρ ἡ μεσόγεια ἄμμος, ἡ τῆς πεδιάδος κόνις. ψάμαθος δὲ ἡ τῆς θαλάσσης.* Confer *Suidam* voc. *Ἄμαθος*, unde emendationis veritas patebit.

v. 4. *ἐπαντέλλεσθε χορείαις*] Cod. Laur. *ἐπαντέλεσθε.*

v. 7. *Ἐξ ὀρέων*] Coniecturam super hoc loco, quem menda laborare opinor, postea in Animadversionibus proponam.

Ἀγνώσσων ἁλὸς ἔργα· τί δὲ χρέος ἔπλετο νηῶν
Ἀρχεκάκων· τίνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὄρινεν
Βουκόλος· ὠκυπέτης δὲ τίς ἔπλετο νείκεος ἀρχὴ,
Ὄφρα καὶ ἀθανάτοισι θεμιστεύωσι νομῆες·
Τίς δὲ δικασπολίη· πόθεν ἔκλυεν οὔνομα νύμφης
Ἀργείης· αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολοῦσαι
*Ἰδαίης * κάρηνον ἐπὶ πρηῶνα Φαλάκρης,*
Καὶ Πάριν οἰοπόλοισιν ἐφεδριόωντα θοώκοις,
Καὶ Χαρίτων βασίλειαν ἀγαλλομένην Ἀφροδίτην.
Ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοισιν ἐν οὔρεσιν Ἰμονιήων,
Νυμφιδίων Πηλῆος ἀειδομένων ὑμεναίων,

v. 8. *τί δὲ χρέος*] Cod. Voss. Reg. A. et Ambros. *τί δαὶ.* quod, si interrogative, ut in nonnullis edd. locus capiatur, rectius et *Ἀττικώτατον*, a *Colutho* tamen profectum non videtur.

v. 9. *ἵνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὀρίνῃ*] Miror, haec neminem Interpretum offendisse, cum nullo modo commodum admittant sensum. Ut brevis sim, locum sic corrigo:

—— *τίνα πόντον ὁμοῦ*
καὶ γαῖαν ὄρινεν
Βουκόλος.

Emendationem quominus in textum recipere dubitaverim, fecit Codex Reg. B., ubi *ὀρίνει.* Facillimo enim errore e litera *N*, altero latere eraso, oriri potest *I*, quod in Codicibus manuscriptis non raro accidisse, nemo, qui eos oculis usurpaverit, infitias ibit.

v. 10. *Βουκόλος. ὠκυπέτη δὲ τίς*] Ita libri omnes scripti aeque ac typis impressi. *Dausqueius* recte *ὠκυπέτης.* Cur tamen et illud sibi suspectum dixerit, causam nisi levissimam video. Si forte aliquid tentandum, non alienum foret:

—— *τίνα πόντον ὁμοῦ καὶ*
γαῖαν ὄρινεν
Βουκόλος ὠκυπέτης· τίς δ'
ἔπλετο νείκεος ἀρχὴ.

Velocitatem Paridi apprime convenire, tum quod amore, in quo nulla unquam mora datur, flagraret, tum quod *velox* admodum fuerit, liquet. Paridem *Dares Phrygius* Cap. XII. §. 5. *candidum* fuisse tradit, *longum, fortem, oculis pulcherrimis, capillo molli et flavo, ore venusto, voce suavi, velocem, cupidum.* Dixit forte *cupidum imperii:* quod etsi verum non sit, nihilominus idem memoriae proditum a *Josepho Iscano* Lib. IV. 67.

Imperii cupidus, habiles prolatus in armos,
Siderea vernat acie Paris, ore serenus,
Eloquio lenis, pede praeceps, strenuus armis.

v. 12. *πόθεν ἔκλυεν* o. *v.*] Laur. *ἔκλυε.* Reliqui *ἔκλυεν.*

v. 13. *αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολοῦσαι*] Si vulgatae standum, de ipsis Nymphis Troianis haec intelligenda: si tamen mecum reponas *μολούσας*, de deabus Junone, Venere et Minerva, quarum mentio vs. 11. iam facta, ad Idam properantibus capi debet. [Eandem coniecturam *Tiberio Hemsterhusio* viro summo incidisse postea vidi in Notis ad *Lucianum* Tom. I. p. 252. *Ex Addendis.*]

Maris laborum nescius; ad quod opus fuerit navibus
Perniciosis; quodnam mare et terram commoverit
Pastor; unde tam subito exorta fuerit contentio,
Ita ut etiam pastores deabus ius dicerent;
Quodnam iudicium *fuerit*; unde audiverit nomen nymphae
Argivae: vos enim ipsae spectavistis tendentes
Ad praeruptum verticem Idaeae Phalacrae,
Tum Paridem pastoralibus insidentem sedibus,
Tum etiam Venerem Gratiarum regno superbam.
Cum in excelsis Thessaliae montibus,
Dum sponsales Pelei hymenaei celebrarentur,

[Ibid. Wernickius ad Tryphiodor. p. 89.:

πόθεν ἔκλυεν οὔνομα νύμφης
Ἀργείης. αὐταὶ γὰρ ἐθηήσασθε μολούσας κ. τ. λ.

Scribo: Ἀργείης. ἀτὰρ αὐταὶ ἐθηήσασθε. *G. H. S.*]

v. 14. Ἰδαίης * κάρηνον ἐπὶ πρ.] Locus foedissima macula spurcatus in omnibus libris sic legitur, excepto Ambrosiano, ν ubi κρηνας superscripto ν. Voss. καρηνον. Sententiam tum aliorum, tum meam vide in Animadversionibus.

v. 15. *Καὶ Πάριν*] Laur. καὶ πάλιν.

v. 16. ἀγαλλομένην] Verbum ἀγάλλεσθαι absque adiecto dativo hoc modo positum in elegantiori poëta vix ferrem. *Coluthum* tamen, quippe qui non raro ab exacta scribendi norma discedit, ita scripsisse non inmerito forsan suspiceris. Quia vero et aliis in locis hoc utatur participio et nunquam non cum dativo construat, ut vs. 63. ἀγαλλομένη Διὸς εὐνῇ, vs. 185. et alibi, mendosum fere *Coluthum* hac in parte censerem et legendum:

Καὶ Χαρίτων βασιλείᾳ ἀγαλλομένην Ἀφροδίτην.

Quod in versione expressi. Posset tamen etiam videri, post hunc versum excidisse aliquid. [Haec typis iam descripta erant, cum priorem de vulgatae scripturae bonitate dubitandi rationem fundamento minus firmo niti viderem. Erroris huius etiam postea per literas me admonuit vir humanissimus *David Ruhnkenius:* V. 16. *Vide*, inquit, *anne* Coluthus *his se exemplis tueri possit.* Oppian. Ἁλιευτ. *Lib.* IV. *vs.* 328.

Ἧμος ἅπας περίχωρος ἀγαλλομένῃσιν ἰωῇς
Νηπιάχων κέκληγε.

et vs. 360.

— — — — ἀγαλλόμενον δὲ μενοῦσιν.

Nonnus Διονυσ. *Lib.* IX. *vs.* 242.

Εἶπεν ἀγαλλομένη καὶ ἐν αἰθέρι.

et Lib. XLVI. *vs.* 240.

— — — — — εἰσαΐων δὲ
Κάδμος ἀγαλλομένης ἑτερόφρονα παιδὸς ἀπειλήν.

Ex Addendis.]

v. 18. *Νυμφιδίων Πηλῆος ἀ. ὑ.*] Pressit *Apollonii* vestigia Lib. IV. 1160.

Ζηνὸς ἐφημοσύνῃσιν ἐῳνοχόει Γανυμήδης,
Πᾶσα δὲ κυδαίνουσα θεῶν ἔσπευδε γενέθλη
Αὐτοκασιγνήτην λευκώλενον Ἀμφιτρίτης,
Ζεὺς μὲν ἀπ' Οὐλύμποιο, Ποσειδάων δὲ θαλάσσης,
Ἐκ δὲ μελισσήεντος ἀπεσσυμένων Ἑλικῶνος
Μουσάων λιγύφωνον ἄγων χορὸν ἦλθεν Ἀπόλλων·
Τὸν δὲ μέθ' ὡμάρτησε κασιγνήτη Διὸς Ἥρη·
Οὐδ' αὐτὴ βασίλεια καὶ Ἁρμονίης Ἀφροδίτη
Ἐρχομένη δήθυνεν ἐς ἄλσεα Κενταύροιο·
Καὶ στέφος ἀσκήσασα γαμήλιον ἦλυθε Πειθὼ
Τοξευτῆρος Ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρην·
Καὶ βριαρὴν τριφάλειαν ἀπὸ κροτάφοιο μεθεῖσα
Ἐς γάμον ὡμάρτησε γάμων ἀδίδακτος Ἀθήνη·
Οὐδὲ κασιγνήτη Λητωϊὰς Ἀπόλλωνος
Ἄρτεμις ἠτίμησε, καὶ ἀγροτέρη περ ἐοῦσα.
Οἷος δ' οὐ κυνέην, οὐ δήϊον ἔγχος ἀείρων
Ἐς δόμον Ἡφαίστοιο σιδήρεος ἦλυθεν Ἄρης,
Τοῖος ἄτερ θώρηκος, ἄτερ θηκτοῖο σιδήρου
Μειδιόων ἐχόρευεν. Ἔριν δ' ἀγέραστον ἐᾶσαι

Νυμφιδίαις ὑμέναιον ἐπὶ προμολῇσιν ἄειδον.

De Ganymede idem vide apud *Euripidem* Iphigen. in Aulid. 1049.

v. 25. *Τὸν δὲ μέθ' ὡμάρτησε*] Ante *Stephanum*, qui recte emendavit *τὸν δὲ μέθ' ὡμάρτησε*, male una voce legebatur *τὸν δὲ μεθωμάρτησε*. Cum *Stephano* facit Voss. Cod.

v. 26. *Οὐδ' αὐτὴ βασίλεια κ Ἁ.*] *Brodaeus* reliquis rectius *καὶ* superfluum esse et *βασίλειαν Ἁρμονίης* more nostro familiari admodum coniungendum vidit. lta *Χαρίτων βασίλεια* vs. 16. *θαλάμων βασίλεια* v. 137. *γάμων βασίλεια* v. 306. Minerva *πολέμων βασίλεια* v. 89. *σακέων βασίλεια* v. 174., quo de loco postea. Bacchus *ἠμερίδων βασιλεὺς* v. 258. Cum tamen nonnihil offendat addita vocula *καὶ*, pro eo fere scribendum suspicaret *καθ'* et unica litera vocis *Ἁρμονίης* mutata:

Οὐδ' αὐτὴ βασίλεια καθ' Αἱμονίης Ἀφροδίτη.

Ordo est: *οὐδ' αὐτὴ β. Ἀφροδίτη δήθυνεν ἐρχομένη καθ' Αἱμονίης ἐς ἄλσεα Κενταύροιο*, sensu claro et perspicuo. Sic Venus absolute *βασίλεια* dicitur praeter alios ab *Empedocle* apud *Athenaeum* L. XII. p. 510. D. Imo sic passim Jupiter ceterique dii *βασιλεῖς*, quod dudum alii observarunt. Aliam super hoc loco coniecturam eamque elegantissimam mecum communicavit inter alia cl. *D'Orville*, qui vulgatae praeferendum existimavit *μεθ' Ἁρμονίης Ἀφροδίτη*. a qua emendatione forsan non discedendum. Ceterum cum

Iussu Iovis a poculis esset Ganymedes,
Omnes dii condecorare properabant
Formosam Amphitrites sororem;
Iupiter de coelo, Neptunus e mari:
Ex Helicone foecundo properantium
Musarum argutum chorum duxit Apollo:
Hunc comitata est Iuno, Iovis soror:
Neque etiam ipsa connubii praeses Venus
Cunctanter profecta est ad nemora Centauri:
Coronaque nuptiali nexa venit Suada
Sagittiferi Cupidinis pharetram gerens:
Galeaque valida de capite deposita
Ad nuptias comitata est nuptiarum ignara Minerva:
Neque Latonia Diana Apollinis soror
Pelea sprevit, etiamsi venatrix esset.
Qualis neque galeam neque hostilem hastam gerens
Ad aedes Vulcani venit ferreus Mars,
Talis absque lorica, absque acuto ferro
Hilari vultu saltavit. Eridem vero contemtui habere

viro docto ad Aldin. Ed. nollem sane οὕτω pro αὐτὴ.

v. 31. γάμων ἀδίδακτος] Ald. aliaeque editiones post γάμων male ponunt δ', quod etiam in Codd. Voss. Reg. A. et B. et Laurent. est. Mutarunt vir doctus ad Ald. Ed. *Brodaeus*, alii, et sic recte locum adduxit *Pergerus* ad *Hesych.* v. Εὔγαμος.

v. 32. Λητωϊὰς Ἀ.] Cod. Reg. A. Λητωὴς seu Λητωΐς, Voss. Λητωΐς, Ambros. Λήτωας, Laur. Λητωὰς. Λητωϊὰς vide apud *Callimachum* Hymno in Dian. 82.

— καὶ γὰρ ἐγὼ Λητωϊὰς ὥσπερ Ἀπόλλων.

Secus ac noster de Diana et Phoebo *Catullus* Epithalam. Pelei et Thet. 229.

Inde pater divum sancta cum coniuge natisque
Advenit, coelo te solum, Phoebe, relinquens
Unigenamque simul cultricem montibus Idae:
Pelea nam tecum pariter soror aspernata est,
Nec Thetidis tedas voluit celebrare iugales.

ubi vide omnino *Josephi Scaligeri* notam.

v. 34. Οἷος δ' οὐ κυνέην] Cod. Laur. κυανέην. Par. B. κυανέσιν.

v. 35. σιδήρεος] Par. B. σιδήριος.

v. 36. Τῆνος] Recte Τοῖος *Brodaeus*, *Neander* et vir doctus ad Ald. Ed., qui consensum tulerunt Codicis Laur. Ambros. Par. A. B. et Voss. In postremo τοῖς pro τοῖος. Certam scripturam in textum invehere non dubitavi.

v. 37. Ἔριν δ' ἀγέραστον ἐᾶσαι] Voss. Ἔριν δ' ἀγέραστον ἐάσεν.

Οὐ Χείρων ἀλέγιζε καὶ οὐκ ἐμπάζετο Πηλεύς.
Χρυσείοις δ' ἑκάτερθε τινασσόμενος πλοκάμοισι
Βότρυς Ἀκερσεκόμης Ζεφύρῳ στυφελίζετο χαίτην.
Ἡ δ', ἅτε ποιήεντος ἀποπλαγχθεῖσα νομοῖο
Πόρτις ἐρημαίῃσιν ἐνὶ ξυλόχοισιν ἀλᾶται
Φοινήεντι μύωπι βοῶν ἐλατῆρι τυπεῖσα,
Τοῖα βαρυζήλοισιν Ἔρις πληγῇσι δαμεῖσα
Πλάζετο μαστεύουσα, θεῶν πῶς δαῖτας ὁρῖνοι.
Πολλάκι δ' εὐλάϊγγος ἀπὸ κλισμοῖο θοροῦσα
Ἵστατο καὶ παλίνορσος ἐφέζετο· χειρὶ δὲ γαίης
Οὐδέ τε κόλπον ἔρυξε καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην.
Ἤθελε δ' ἠχήεντα πυρὸς πρηστῆρα τινάσσειν,
Ἐκ χθονίων Τιτῆνας ἀναστήσασα βερέθρων
Οὐρανὸν ὑψιμέδοντος ἀϊστῶσαι Διὸς ἕδρην.
Ἡφαίστῳ δ' ὑπόεικεν, ἀτυζομένη περ ἐοῦσα,
Καὶ πυρὸς ἀσβέστοιο καὶ ἰθυντῆρι σιδήρου·

v. 39. *Χρυσείοις δ' ἑκάτερθε τινασσόμενος πλ.*] Hic versus una cum sequente depravatissimus circumfertur. De utroque quid sentiendum, in Animadversionibus copiosius ostendam. Sufficiat verbo emendationem indicasse, quae hanc gignet scripturam:

Χρυσείοις δ' ἑκάτερθ' ἐπινεισσόμενος πλοκάμοισι
Βότρυν Ἀκερσεκόμης Ζεφύρῳ στυφελίζετο χαίτης.

Illud tamen adhuc monendum, ordinem in his versiculis, qualem hodie habemus, non ita a *Colutho* profectum videri. Loquitur de Eride, quam a Peleo contemtam canit. Nullae itaque hic Baccho partes. Ut male divulsa, quaeque coniunctim a *Colutho* scripta fuerant, in pristinum ordinem redigantur, bini hi de Baccho versiculi ad praecedentia migrare debent, ubi sive post versum 27. sive post versum 31. seu vers. 33. collocentur, parum refert. Interea cur a summi *D'Orvillii* (cuius consensu mihi gratulor) post versum 33. collocantis sententia discedamus, causa nulla est. Verba viri clar. sunt: *Βότρυς metrum respuit. Lege βότρυν. Contra apud* Nicandrum *leviter vers.* 370. *Alexiph. corrigendum, ut versus sibi constet:*

—— *ἄλλοτ' ἀμύνει*
Βότρυς ἐϋκνήμοιο μίγα βρεχθέντος ἐν οἴνῃ.

Porro hi duo versus de Baccho collocari alio loco et commode post versum 33. *debent.* De eiusmodi transpositionibus pluscula in Animadversionibus meis, ubi nonnullis veterum locis hoc modo sanandis opem feram. In quatuor Codd. Laur. Ambr. Par. A. B. *χαίτης.*

v. 42. *ἐνὶ ξυλόχοισιν*] Cod. Laur. *ἐνὶξ ηλόχοισι.*

v. 43. *Φοινήεντι*] Reddo *pernicioso* vel *letali tabano. Hesychius: Φοινήεντα, λεπιδωτὸν ὁ Ἀππίων φησί. οἱ δὲ φόνιον, ἢ ἐρυθρὸν τῷ χρώματι, ἢ καταπλη-*

Neque Chiron neque Peleus veritus est.
Aureis utrimque quatiens *caput* capillis
Bacchus Zephyro comam diffundendam dedit.
At Eris instar vitulae, quae herbido aberrans
Pascuo in desertis silvis vagatur,
Quando letalis tabanus bobus infestus eam percussit,
Ita et illa gravibus invidiae stimulis agitata
Oberrabat sollicita, quomodo deorum convivium turbaret.
Saepe de lapidea sede prosiliebat
Iterumque insidebat: mox manu terrae
Latum sinum percussit neque de saxo cogitavit.
Volebat enim sonorum ardentemque turbinem ciere
Et Titanes e subterraneis voraginibus excitando
Coelum omnipotentis Iovis sedem perdere.
At vero, licet admodum ira incensa, Vulcano obtemperavit
Aeterni ignis et ferri rectori:

κτικὸν, ἢ φονευτικόν. Respicit *Homer.* Il. *M.* 220. *Tryphiodorus* in simili comparatione βοοῤῥαίστην μύωπα dixit vs. 349.

v. 46. εὐλάϊγγος ἀπὸ κλ.] Cod. Laur. εὔλαινος. Par. B. εὐάλινος.

v. 47. χειρὶ δὲ γαίης Οὐδέ τε κ. ἕ.] Varias eruditorum coniecturas in Animadversionibus proponam. Cl. *D'Orvillii* verba de hoc loco sunt: *Vexatissimus locus. Forte legendum:*

—— χειρὶ δὲ γαίης
Οὖδας πολλὸν ὄρυξε καὶ οὐκ
ἐφράσσατο πέτρην.

Homer. Il. I. 563.

Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἁλοία
Κικλήσκουσ' Ἄϊδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν,
Πρόχνυ καθεζομένη.

Quintus Calaber. XI. 23.

Λητὼ δὴ ἀνάφηνεν ἀναῤῥάξασα χέρεσσι
Τρηχὺ πέδον Λιβύης.

Posset etiam legi ἄραξε. *Orpheus Argon.* 439.

—— οὖδας δ' ἤραξεν ὁπλῇσι.

Hactenus vir clarissimus.

v. 48. καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην] Vir doctus ad Ald. Ed. emendaverat ἐδράξατο πέζην, absque necessitate ulla non tantum, sed etiam contra poëtae mentem, qui in simili re ter minimum verbum ἐφράσσατο inculcavit, ut vers. 56. et 60.

v. 50. Ἐκ χθονίων Τιτῆνας ἀ.] Defectus copulae impulit me, ut scribendum suspicer καὶ χθονίων.

Ibid. Τιτῆνας] Voss. τιθήνας.

v. 51. Οὐρανὸν ὑψιμέδοντος] In Laur. post hunc versiculum repetitur versus 49.

Ἤθελε δ' ἠχήεντα πυρὸς πρηστῆρα τινάσσειν.

Καὶ σακέων βαρύδουπον ἐμήσατο κόμπον ἀράσσειν,
Εἴ ποτε δειμαίνοντες ἀναθρώσκοιεν ἰωκήν.
Ἀλλὰ καὶ ὁπλοτέρην δολίην ἐφράσσατο βουλὴν,
Ἄρεα δειμαίνουσα σιδήρεον ἀσπιδιώτην.
Ἤδη δ' Ἑσπερίδων χρυσέων ἐμνήσατο μήλων.
Ἔνθεν Ἔρις πολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἐλοῦσα
Μῆλον, ἀριζήλων ἐφράσσατο δήνεα μόχθων.
Χειρὶ δὲ κινήσασα μόθου πρωτόσπορον ἀρχὴν
Ἐς θαλίην ἔῤῥιψε, χορὸν δ' ὥρινε θεάων.
Ἥρη μὲν παράκοιτις ἀγαλλομένη Διὸς εὐνῇ
Ἵστατο θαμβήσασα καὶ ἤθελε λῃΐζεσθαι·
Πασάων δ' ἅτε Κύπρις ἀρειοτέρη γεγανῖα
Μῆλον ἔχειν ἐπόθησεν, ὅτι κτέρας ἐστὶν Ἐρώτων.
Ζεὺς δὲ θεῶν καὶ νεῖκος ἰδὼν καὶ παῖδα καλέσσας
Τοῖον ἐφεδρήσσοντα προσέννεπεν Ἑρμάωνα·
Εἴ τινά που Ξάνθοιο παρ' Ἰδαίοιο ῥεέθροις
Παῖδα Πάριν Πριάμοιο, τὸν ἀγλαὸν ἡβητῆρα,

v. 54. *ἐμήσατο κόμπον ἀράσσειν*] Cod. Voss. *ἐμήσατο κόλπον ἀράσσειν*, quod etiamsi non sit spernendum, vulgatam tamen non facile immutarem. Simili modo locutus *Nonnus* Lib. v. 102.

Ἑπτατόνῳ κιθάρῃ φιλοτήσιον ὕμνον ἀράσσων.

v. 55. *ἰωήν*] In vulgato *ἰωήν*, cum nihil sit, quod vel ullo modo aliquem offendat, facile acquiescerem, nisi me moveret auctoritas duorum Codicum MSS. Voss. et Reg. A., ubi *ἰωκήν*, sensu eleganti non minus quam perspicuo: quod ut genuinum *Coluthi* lubens agnosco. *Hesychius*: Ἰωκὰν, πολέμου ἐπιφορὰν καὶ παλινδίωκτον βοὴν, πόλεμον. *Homerus* coniunxit ἔριν et *ἰωκὴν* Il. *E.* 740.

Ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκὴ, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή.

v. 56. *ἐφράσσατο*] Reg. A. *ἐφράσατο*.

v. 59. *Ἔνθεν Ἔρις πολέμοιο*] Voss. *Ἔνθεν ἔριν π.* Offendit aures haud parum nomen Eridis, quod plane superfluum et sententiam incongruam efficit. Quapropter probaverim quam maxime:

Ἔνθεν ἄρα πτολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἐλοῦσα.

[Paulo aliter locum tentavit doctissimus *Ruhnkenius* pro *Ἔνθεν Ἔρις πολέμοιο* legendum suspicatus *Ἔνθεν ἔτι πτολέμοιο. Tum porro etc. Ex Addendis.*] [Conf. Wernickius ad Tryphiodor. p. 37. *G. H. S.*]

v. 60. *Μῆλον, ἀριζήλων ἐ.*] Aldina aliaeque, deleta post *μῆλον* distinctione, habent *μήλων ἀριζήλων*, quod corruptum esse vel solum metrum consideranti liquet. Idem tamen Codd. Voss. et Laur. Emendarunt dudum *ἐλοῦσα μῆλον Brodaeus, Falkenburgius*, alii. Emendationem firmat trium Codicum Reg. A. B. et Ambros. consensus, ubi *μῆλον ἀρίζηλον*.

Voluitque scutorum percussione gravem edere sonitum,
Si forte metu hostilis impetus retrocederent dii.
At vero novum denuo dolosum consilium iniit,
Quoniam Martem ferreum illum militem formidabat.
Iamque de aureis Hesperidum malis cogitabat.
Inde Eris, germine belli praenuncio ablato
Pomo, modum excogitavit, quo ingens bellum oriretur.
Manu itaque primam belli originem et causam
Inter convivas proiecit atque ita dearum coetum turbavit.
Hoc Iuno, Iovis coniugio elata,
Cum stupore admirabatur et abripere volebat:
Venus vero, quippe quae omnes forma antecelleret,
Pomi desiderio tenebatur, quod Cupidinum possessio esset.
Cum itaque Iupiter dearum contentionem vidisset, filio vocato,
Sic Mercurium adsidentem adloquebatur:
Si forte iuxta fluenta Idaei Xanthi
Paridem quendam Priami filium, formosum iuvenem,

v. 62. Ἐς θαλίην ἔῤῥιψε] Ald. et Laur. ἔῤῥιψεν. *Falkenburgius* ἔῤῥιψε emendavit.

v. 66. ὅτι πτέρας ἐστὶν Ἐρώτων] Vide *Tollium* in Animadv. Crit. ad *Longinum* de Subl. p. 392.

Ibid.] Miror, ne verbulum quidem addi de Minerva, cum tamen et illa pomi aurei miro tenebatur desiderio, aeque atque Venus et Juno. Hinc suspicor, deesse versiculum unum aut alterum, ubi de Minerva ageretur, et quidem post versum 64.

v. 68. Τοῖον ἐφεδρήσσοντα] Haec scriptura constans est quinque Codicum. Aldina ἐφεδρήσοντα. *Stephanus* duplici σσ ἐφεδρήσσοντα. Probaverim fere prae vulgato ὑποδρήσσοντα, ut sit quasi θεῶν ὑπηρέτης Mercurius. Vid *Anthолog.* Lib. II. Cap. XXIV. Epigr. 3.

Τὸν πτηνὸν Ἑρμῆν, τὸν θεῶν ὑπηρέτην,
Τὸν Ἀρκάδων ἄνακτα, τὸν βοηλάτην.

Interea hic non omittendum, quod ad ἐφεδρήσσοντα notaverat vir eruditissimus *J. Ph. D'Orville*. Ἐφεδρήσσοντα, inquit. *Hesychius*: ἐφεδρίσσων. παρακαθήμενος. Salmas. ἐφεδρίζων. *Cl. Alberti ex dialecto Tarentina repetit. Nihil refragor. Hemsterh. ad Lucianum Judic. Voc. T. I. §. 8. p. 92. Sed ἐφεδρήσσων forte suos patronos invenerit, ut ἐγρήσσω.*

Τροίης βουκολέοντα κατ' οὔρεα, τέκνον, ἀκούεις,
Κείνῳ μῆλον ὄπαζε· διακρίνειν δὲ θεάων
Κέκλεο καὶ βλεφάρων συνοχὴν καὶ κύκλα προσώπων.
Ἡ δὲ διακρινθεῖσα φέρειν περίπυστον ὀπωπῆς
Κάλλος ἀρειοτέρης, ἐχέτω καὶ κόσμον ὀπώρης.
Ὡς ὁ μὲν Ἑρμάωνι πατὴρ ἐπέτελλε Κρονίων.
Αὐτὰρ ὁ πατρῴῃσιν ἐφημοσύνῃσι πιθήσας
Εἰς ὁδὸν ἡγεμόνευε καὶ οὐκ ἀμέλησε θεάων.
Πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα δίζετο μορφήν.
Κύπρις μὲν δολόμητις ἀναπτύξασα καλύπτρην
Καὶ περόνην θυόεντα διαστήσασα κομάων
Χρυσῷ μὲν πλοκάμους, χρυσῷ δ' ἐστέψατο χαίτην·
Τοῖα δὲ παῖδας Ἔρωτας ἀνηὔτησεν ἰδοῦσα·

v. 71. κατ' οὔρεα, τέκνον, ἀκούεις] Non male vertunt *novisti*. Ita noster vs. 271.

Εἴ τινά που Φρυγίης ἐνὶ τέρμασι γαῖαν ἀκούεις,
Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

Verba sensuum saepissime permutari vel etiam ad animum transferri res protrita est. Simili modo ἀκούειν usus fuisse *Musaeus* videri posset v. 5.

Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω,
Λύχνον ἀπαγγέλλοντα διακτορίην Ἀφροδίτης.

v. 72. Κείνῳ μῆλον ὄπαζε] Cod. Voss. κοινω μ.

v. 74. Ἡ δὲ διακρινθεῖσα] In Reg. B. διακριθεῖσα.

v. 75. ἀρειοτέρης, ἐχέτω καὶ κόσμον ὀπώρης] Sic distinguendum, ut edi curavi. Male vulgo coniungunt ἀρειοτέρης ὀπώρης, cum deberent κάλλος ἀρειοτέρης ὀπωπῆς. Noster ante vs. 65.

Πασάων δ' ἅτε Κύπρις ἀρειοτέρη γεγαυῖα.

Sic in eodem negotio vs. 79. dixit:

Πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα δίζετο μορφήν.

Sic versu 127.

Δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς
Φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον ἐπήρατον ἔρνος ὀπάσσαις.

Idem me monuit cl. *D'Orville* post ἀρειοτέρης omnino distinguendum ratus.

v. 77. Αὐτὰρ] Cod. Laur. et Par. A. ἀτὰρ.

v. 78. Εἰς ὁδὸν ἡγεμόνευε] Eius loco *Homerus* simpliciter ὁδὸν ἡγεμονεύειν dixit Od. K. 501.

Ὦ Κίρκη, τίς γὰρ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;

v. 79. Πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα δ. μ.] Vulgo de tribus deabus intelligunt, quarum quaeque sollicita admodum erat de forma pretiosissimarum vestium aliarumque rerum ad mundum muliebrem spectantium adiumento ornanda, ut ita delicatuli pastoris arbitrio reliquis pulchrior diceretur et splendidum illud donum obtineret. Quod si tamen haec *Coluthi* mens fuisset, non inmerito negligentiae crimen in eum impingeres, quod, nulla Junonis aut Minervae ratione habita,

In montibus Troiae pascentem, o fili, nosti,
Huic pomum praebeas et, ut diiudicet
Palpebrarum nexum et faciei dearum orbes, mandes.
Quae autem prae ceteris praestanti forma insignis
Pronunciata fuerit, illa etiam elegantissimum pomum obtineat.
Talia mandata Mercurio dabat Iupiter.
Ille igitur patris dicto audiens
Itineris ducem se praebuit et dearum curam gessit,
Quarum quaeque *sollicita erat*, quomodo se exornaret.
At Venus dolosa postquam, vitta soluta
Fibulaque odorata comarum diducta,
Auro cincinnos et comam ornasset,
Tali modo Cupidines filios intuita adloquebatur:

unius Veneris ornatum solummodo describat et sic lectorem, qui non unius Veneris, sed trium dearum ornatum descriptum iri exspectabat, decipiat. Hinc de sola Venere, quippe cui potissimum conveniret bellus iste delicatarum puellarum mundus, interpretari malo et, deleta distinctione, cum sequente versiculo ita coniungere:

Πᾶσα δὲ λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα δίζετο μορφὴν
Κύπρις μὲν δολόμητις ἀναπτύξασα καλύπτρην·
Καὶ περόνην κ. τ. λ.

Sensus verborum eo fere redit: *Venus vero dolosa, peplo explicato, omnem in eo curam impendit, ut formam suam ceteris pulchriorem redderet, et fragrantem fibulam comarum solvens auro cincinnos et comam ornavit.* Observa locutionem *λωϊτέρην καὶ ἀμείνονα δίζεσθαι μορφὴν* eo, ut explicui, sensu: qualia apud antiquiores non facile credo invenies. [Conf. Dorvillius ad Chariton. p. 215. ed. Lips. *G. H. S.*]

v. 81. *Καὶ περόνην θυόεντα διαστήσασα κ.*] Optime hunc locum explicuit cl. *D'Orvillius. Facile*, inquit, *Coluthum similia exempla apud principem poëtam et alios absolvunt, quod genere abusus fuerit. Decoris causa maioris acquirendi ita mango Theron apud Charitonem L. I. Cap.* XIV. *ἀποκαλύψας τὴν Καλλιῤῥόην καὶ λύσας αὐτῆς τὴν κόμην vendere conatur. διαστῆσαι τὴν περόνην est* fibulam solvere, diducere, ut capilli defluant, modo in nodum collecti. Hactenus vir. clar. [Conf. Dorvillius ad Chariton. l. c. p. 284. s. *G. H. S.*]

v. 82. *Χρυσῷ μὲν πλ.*] *Virgilius crinale aurum* vocat Aeneid. XI. 575.

Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae
Tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.

Vide *Servium.*

Ἔγγυς ἀγὼν, φίλα τέκνα, περιπτύξασθε τιθήνην.
Σήμερον ἀγλαΐαι με διακρίνουσι προσώπων.
Δειμαίνω, τίνι μῆλον ὁ βουκόλος οὗτος ὀπάσσῃ.
Ἥρην μὲν Χαρίτων ἱερὴν ἐνέπουσι τιθήνην,
Φασὶ δὲ κοιρανίην μεθέπειν καὶ σκῆπτρα φυλάσσειν,
Καὶ πολέμων βασίλειαν ἀεὶ καλέουσιν Ἀθήνην.
Μούνη Κύπρις ἄναλκις ἔην θεός· οὐ βασιλήων
Κοιρανίην, οὐδ' ἔγχος Ἀρήϊον, οὐ βέλος ἕλκω.
Ἀλλὰ τί δειμαίνω περιώσιον; ἀντὶ μὲν αἰχμῆς
Ὡς θοὸν ἔγχος ἔχουσα μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων

v. 84. *Ἔγγυς ἀγὼν, φίλα τέκνα, π.*] Locus videtur corruptus et pro *ἀγὼν* aliud quid efflagitare. Quapropter, erasa litera *ν*, binis voculis scribo: *Ἔγγυς, ἄγ', ὦ φίλα τέκνα, περιπτύξασθε τ.* Ἄγε adhortandi sensu tam de uno quam de pluribus usu pervulgatum est.

v. 85. *Σήμερον ἀγλαΐαι μ. δ.*] Structura plane inficeta, cui interpretandae non sum. Interpretes vertunt *hodie me diiudicabunt faciei splendores.* Quod si Graeca verba spectemus, satis accurate iis respondet: si vero mentem *Coluthi*, sententiam aeque obscuram relinquit. Quapropter leni mutatione scribendum arbitror:

Σήμερον ἀγλαΐαις με διακρίνουσι προσώπου.

quemadmodum postea v. 247.

Καλὸς ἔην κἀκεῖνος ἐπ' ἀγλαΐῃσι προσώπου.

et v. 257. Commode Latine verteres: *Hodie faciei meae pulchritudinem diiudicabunt.* Hoc sensu *διακρίνειν* utitur noster constanter fere. Vid. versum 72. 74. 127. 130. 145.

v. 90. *Μούνη Κύπρις ἄναλκις ἔην*] Ἔην positum pro praesenti: quod ut non nego, ita etiam probe scio, inde non nisi frigidam hoc loco sententiam oriri. Quin tamen a nostro auctore sit profectum, non dubitabit is, qui exploratum habeat, serioris aevi hosce poëtastros non raro veterum et se longe superiorum poëtarum loca sibi imitanda sumsisse, eaque sedibus suis evulsa tanquam totidem lacera membra minus bene cohaerentia carminibus suis immiscuisse, Exemplum praebet hic ipse locus, qui ex *Homero* Il. *E.* 330. desumtus:

—— ὁ δὲ Κύπριν ἐπώχετο νηλέϊ χαλκῷ,
Γιγνώσκων, ὅτ' ἄναλκις ἔην θεὸς οὐδὲ θεάων
Τάων, αἵτ' ἀνδρῶν πόλεμον κατακοιρανέουσιν,
Οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίη, οὔτε πτολίπορθος Ἐννώ.

ubi recte ὅτ' ἄναλκις ἔην θεὸς se habet, secus ac apud nostrum. Confer etiam ibid. versum 425.

v. 91. *Κοιρανίην, οὐδ' ἔγχος Ἀ.*] Nisi paulo longius a vulgata aberraret, fere crederem *Coluthum* dedisse:

—— οὐ βασιλήων
Κοιρανίην, οὐδ' εἶχον Ἀρήϊον ἐς βέλος ἀλκήν.

ubi sensus planus nec ulteriori explicatione indiget. Excitavit potissimum hanc in animo meo suspicionem structura paulo rarior, qua tria minimum nomina *κοιρανίη*, *ἔγχος* et *βέλος* ab unico *ἕλκειν*, quod vix ulli horum

Instat, o filii, certamen, adeste matri.
Hodie venustatem meae formae diiudicabunt.
Vereor autem, cui pomum sit oblaturus pastor ille.
Iunonem certe Gratiarum sanctam matrem esse
Atque imperium obtinere et sceptra gestare dicunt,
Bellorumque praesidem Minervam usque perhibent.
Sola ego Venus imbellis sum dea: neque regium
Imperium obtineo, neque gladium hostile, neque telum educo.
At quid frustra sollicita sum? pro mucrone enim
Instar acutae hastae dulce amorum vinculum possideo,

recte conveniat, pendent. Cum tamen eiusmodi structurae tum etiam apud alios auctores, tum apud ipsum nostrum poëtam inveniantur, ut v. 34.

Οἷος δ' οὐ κυνέην, οὐ δήϊον ἔγχος ἀείρων.

si cui secus videatur, hanc coniecturam in spongiam abire facile patiar, nec invitus ibo in sententiam viri summi *J. Ph. D'Orville*, qui super hoc loco haec inter alia ad me. *Versu*, inquit, 91. *non ausim mutare ἔγχος, βέλος ἕλκειν, ut ξίφος, recte dici videtur. Porro notum est, pluribus substantivis subiici verbum non stricte, sed vicino quodam sensu istis accommodandum: de quo genere post alios quaedam mihi dicenda erunt ad Charitonem, et Eustathius saepe agit, ut Il. A. 532. Il. Ω. 8. ut recentiores taceam.* Hactenus vir eruditissimus. Ceterum in Voss. Cod. et Reg. A. pro ἔγχος scribitur εὖχος. [V. copiosissimam disputationem Dorvillii ad Chariton. p. 440. ss. ed. Lips., ubi etiam hunc Coluthi locum citavit. *G. H. S.*]

v. 93. Ὡς θοὸν ἔγχος] Male Interpretes *celerem hastam*. Notum est, θοὸν et similia nomina aeque *acutum* dicere ac *celerem:* quod apud *Homerum* aliosque poëtas frequens. *Apollon. Rhod.* L. II. 79.

—— *νῆϊα δοῦρα θοοῖς ἀντίξοα γόμφοις.*

Schol. *Θοοῖς, ὀξέσι.* Adde *Suidam* voce *Θοάς* et *Hesychium.* Hinc *θοῶσαι* apud *Homerum* Odyss. *I.* 327.

Καὶ παρέθηχ' ἑτάροισιν, ἀποξῦναι δ' ἐκέλευσα.
Οἱ δ' ὁμαλὸν ποίησαν· ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστὰς
Ἄκρον.

ubi conf. *Scholiastam. Hesychius* v. *Θοῶσαι. Θοῶσαι*, inquit, *ὀξῦναι, λαμπρῦναι, ποιῆσαι, πυρῶσαι.* Suspicor legendum: *Θοῶσαι, ὀξῦναι, λαμπρὸν ποιῆσαι.* Confer v. *Θοός.* Mox autem pro *πυρῶσαι* forsan non male legeretur *πληρῶσαι*, de qua emendatione nos dubitare vix permittit ipse Lexicographus; ita enim paulo ante: *Θοωθεὶς, πληθείς.* Adde, quae ad eum locum notavit clarissimus *Alberti.* Si tamen vulgatam retinere velis, adeas eundem virum doctum ad v. *Θοῶσαι*, ubi hanc in rem nonnulla profert.

Κεστὸν ἔχω καὶ κέντρον ἄγω καὶ τόξον ἀείρω,
Κεστὸν, ὅθεν Φιλότητος ἐμῆς ἐμὸν οἶστρον ἑλοῦσαι
Πολλάκις ὠδίνουσι καὶ οὐ θνήσκουσι γυναῖκες.
Τοῖον ἐφεσπομένη ῥοδοδάκτυλος ἔννεπε Κύπρις.
Οἱ δ' ἄρα μητρῴης ἐρατῆς ἀΐοντες ἐφετμῆς.
Φοιτητῆρες Ἔρωτες ἐπερῥώοντο τιθήνῃ.
Ἄρτι μὲν Ἰδαίην ὑπερέδραμον οὔρεος ἄκρην·
Κουρίζων δ' ἐνόμευε Πάρις πατρῴϊα μῆλα,
Ποιμαίνων θ' ἑκάτερθεν ἐπὶ προχοῇσιν ἀναύρου,
Νόσφι μὲν ἀγρομένων ἀγέλην πεμπάζετο ταύρων,
Νόσφι δὲ βοσκομένων διεμέτρεε πώεα μήλων.

v. 94. *Κεστὸν*] Suspicor fere, ante hunc versiculum excidisse quidquam, cuius loco *cestum* habere et stimulis amoris sese homines agitare adfirmat Venus. Eo nos ducere videtur particula *μὲν* versu 92., quam hic omnino, ut opinor, comitari debet *δέ*. Quod si verum, vix dubito, quin simul sit legendum *μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων* versu 93. Sed de his postea ad versum 153. Ut autem robur accedat coniecturae praecedenti, addam locum plane geminum ex nostro poëta v. 161.

Ἀντὶ μὲν ἠνορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω,
Ἀντὶ δὲ κοιρανίης Ἑλένης ἐπιβήσεο λέκτρων.

v. 95. *φιλότητος ἐμῆς ἐμὸν οἶστρον ἑλ.*] Dudum mihi suspicio subnata, voces repetitas *ἐμῆς ἐμὸν*, quae sententiam plane elumbem reddunt, mutilas esse et alterius vicem obire. Quod tamen commode reponam, vix habeo. Forsan non displicebit:

Κεστὸν, ὅθεν φιλότητι μεμιγμένον οἶστρον ἑλοῦσαι.

vel, quod magis accedit ad vulgatam scripturam:

Κεστὸν, ὅθεν φιλότητος ὀνήσιμον οἶστρον ἑλοῦσαι.

Si vero nec illud satisfaciat, en tertiam coniecturam clarissimi *D'Orvillii*. *Elegantiam*, inquit, *quaesivit in repetitione. Si cui secus videatur, poterit legendum suspicari ἐμῆς νέον οἶστρον ἑλοῦσαι.* [De hoc loco sic eruditissimus *Ruhnkenius: Corruptum istud* EMHΣEMON *ex voce* ENHEOΣ *ortum videtur. Lego igitur:*

—— ὅθεν φιλότητος ἐνηέος οἶστρον ἑλοῦσαι.

Gregorii Nazianzeni ὑποθῆκαι παρθεν. p. 18. *Ed. Hervag.*

Καιρὸς δ' αὖ φιλότητος ἐνηέος ἐστὶν ἅπασιν,
Ἠερίοις ἁλίοις τε καὶ ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ὀδεύει.

quae emendatio valde mihi adblanditur. *Ex Addendis.*] [Wernickius ad Tryphiodor. p. 152.: „Si quid mutandum, ex Nonni Dionys. XL. 96. *ἄλλον ἔχων γλυκὺν οἶστρον* scripserim *φ. ἐ. γλυκὺν οἶστρον ἑλοῦσαι.* Cf. Nonnus II. 23. *οἶστρον ἑλὼν πτολέμοιο.*" *G. H. S.*] Ceterum de *cesto* legendus *Homer.* Il. *Ξ.* 214. Vide etiam *Heinsium* Adversar. Lib. III. Cap. IV. p. 428. et *Broukhusium* ad *Tibullum* Lib. 1. Eleg. IX. 5.

v. 96. *Πολλάκις ὠδίνουσι*] *Dausqueius* ad hunc locum, *Alibi*, inquit, *lectum*

Cestum habeo et spicula arcumque gero,
Cestum, unde amoris stimulis agitatae
Mulieres saepe quidem doloribus excruciantur, at non pereunt.
Sic formosa Venus persecuta filios alloquebatur.
At vero, auditis maternis mandatis,
Strenue matrem sequebantur Cupidines.
Iamque Idaei montis cacumen superaverant;
Ubi iuvenis Paris paternos oves ducebat,
Et ab utraque fluvii *Scamandri* ripa pascens
Seorsim tum taurorum armenta numerabat,
Tum etiam seorsim pascentium ovium greges curabat.

Πολλάκις ὠδίνουσι καὶ οὐ τίκτουσι γυναῖκες.

Haut sat scio, an apud magnum Homeri Scholiastam. Unde vero hanc scripturam hauserit, haud equidem exploratum habeo. Apud *Eustathium* haec legi sub *Coluthi* nomine falsum existimo; nec etiam tanti est, cum vulgata sine dubio a *Colutho* sit profecta et altera longe venustiorem sensum fundat. Opponuntur hic *ὠδίνειν* et *θνήσκειν*, quemadmodum *cestus* et *arma* paulo ante, quorum his saepe misere pereunt in bello homines, *cesto* vero tantum illud *πικρὸν*, quod amori inest, sentiunt, quod non ineleganter *ὠδίνειν* dixit.

v. 99. *Φοιτητῆρες*] Antiquae edd. *Φοιτῆρες*. Similiter Cod. Voss. Laur. et Ambros. In Reg. A. et B. *Φοιτητῆρες*, quemadmodum etiam emendarunt *Falkenburgius*, *Brodaeus* et alii. Emendationem certissimam in textum intulit *Stephanus*.

v. 100. *Ἰδαίην ὑπερέδραμον*] In prima editione, Basiliensi, Neandr. et Ubel. *ὑπέδραμεν*, et sic Laurentianus Codex. Pro eo in Par. utroque scriptum *ὑπέδραμε*. Versui, quem misere confoderunt librarii, medicam manum applicuerunt *Falkenburgius*, *Brodaeus*, *Neander* et *Dausqueius* scribendo *Ἰδαίην ὑπερέδραμεν οὔρεος ἄκρην*. Cui coniecturae favere videtur Cod. Ambr., modo accurate sit instituta eius collatio. Meliori fortuna instituit vir doct. ad Ald. Ed., qui adscripserat *ὑπερέδραμον* non de uno tantum, sed de pluribus sermonem fieri sentiens. Cui coniecturae adstipulatur haud parum Cod. Voss., ubi *ὑπέδραμον*. Lubens itaque ut emendationem certissimam *ὑπερέδραμον* recepi.

v. 102. *Ποιμαίνων θ'*] E Codicibus MSS. revocavi coniunctionem *θ'* post *ποιμαίνων*, quae cum detrimento sensus omittebatur in omnibus editionibus. Post *ἀναύρου* sustuli maiorem, quae in editis erat, distinctionem, ut ita cum sequenti versu coniungeretur.

v. 103. *πεμπάζετο*] Cod. Ambros. *πεμπάζεο*. Clar. *D'Orvillius* ad hanc vocem paucula haec notat: *Ut saepe respicit Homerum Odyss. Δ.* 412. *Pastores solitos fuisse numerare quotidie gregem res exposita. πεμπαστὴς Aeschyl. Pers.* 985.

Καί τις ὀρεσσαύλοιο δορὴ μετόπισθε χιμαίρης
Ἐκκρεμὲς ᾐώρητο καὶ αὐτῶν ἅπτετο μηρῶν,
Ποιμενίη δ' ὑπέκειτο βοῶν ἐλάτειρα καλάβροψ.
Τοῖος ἐὼν σύριγγος ἐς ἤθεα βαιὸς ὀδεύων
Ἀγροτέρην καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν.
Πολλάκι δ' οἰοπόλοισιν ἐνὶ σταθμοῖσιν ἀείδων
Καὶ ταύρων ἀμέλησε καὶ οὐκ ἐμπάζετο μήλων.
Ἔνθεν ἔχων σύριγγα κατ' ἤθεα καλὰ νομήων
Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν.
Οὐ κύνες ὠρύοντο καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος,
Μούνη δ' ἠνεμόεσσα, βοὴν ἀδίδακτος ἐοῦσα,
Ἰδαίων ὀρέων ἀντίθροος ἴαχεν Ἠχώ.
Ταῦροι δὲ χλοερῆς κεκορηότες ὑψόθι ποίης
Κεκλιμένοι βαρύγουνον ἐπ' ἰσχίον εὐνάζοντο.

v. 105. *Καί τις ὀρεσσαύλοιο δορὴ*] Ita emendarunt pro *Καί τι ὀρεσσαύλοιο δόρυ*, quod in prioribus libris, *Falkenburgius*, *Brodaeus*, *Neander*, *Stephanus* aliique editores, nec non vir d. ad Ald. Ed. Emendationi robur conciliat quatuor Codicum auctoritas, ubi *τις* et *δορὴ* legitur. Voss. *δόρυ*, ubi praeterea *μετύσυσθε*. Aliter tamen visum cl. *D'Orvillio*. *Τι*, inquit, et *ἐκκρεμὲς substantivum sui generis requirunt. Id δέρας. Durum mihi videtur ἐκκρεμὲς adverbii loco interpretari.* (Ita enim *Brodaeus* et *Dausqueius* ceperunt.) Ceterum cum nostro conferendus *Ovidius* Metam. II. 681.

Illud erat tempus, quo te pastoria pellis
Texit onusque fuit baculum silvestre sinistrae,
Alterius dispar e septem fistula cannis.

Adde *Longum* Pastor. IV. p. 123. *Theocrit.* Idyll. VII. 15. et alibi. Vocabant vulgo *βαίτην*. *Hesychius*: *Βαίτη, δερμάτινον ἔνδυμα, ὅπερ ἔνιοι σισύραν, ἔνιοι δὲ σκηνὴν δερματίνην, οἱ δὲ διφθέραν.* *Βαίτης* mentio non raro apud *Theocritum*. De eo vide notata doctiss. *Graevio* Hes. Lect. p. 69. et clariss. *Albertio* in nova *Hesychii* editione ad vocem.

v. 107. *καλάβροψ*] *Dausqueius* mavult *καλαύροψ*. Cl. *D'Orville*, *Cur*, inquit, *retineatur καλάβροψ magis pro καλαύροψ, quam e contrario αὖρα pro ἄβρα, λαῦρος* pro *λάβρος, causam non video. καλαύροπα meminit et Servius ad Virgil. Ecl.* 11. 31. Paucula vide in Animadv.

v. 107. *Ποιμενίη*] Vulgatissimo usu tritum adiectivum *ποιμενικός*. Altera forma *ποιμένιος* obvia in *Anthologia* Lib. IV. Cap. X. Epigr. 2. et 77.

—— *ποιμενίῳ τερπόμενος δόναχι.*

Adde Epigr. 82. et alibi locorum.

v. 108. *Τοῖος ἐὼν σύριγγος ἐς ἤ.*] Varie interpretati sunt viri docti. Clariss. *D'Orvillii* sententia unice placet, et verissima est. *Versu*, inquit vir eruditissimus, 108. et 112. *ἤθεα sedes. Abunde ad Hesychium hanc notionem illustravit in h. v. nu-*

Huic pellis montanae caprae a tergo
Ex humeris pendebat usque ad ipsa femora,
Pastorale vero pedum, quo boves agebat, in eius manu erat.
Sic Paris ad suetas sedes lentus procedens fistulae
Arundinibus agrestem argutamque cantilenam persequebatur.
Saepe vero in pastoralibus stabulis canens
Tauros neglexit neque ovium curam gessit.
Inde fistulam gerens secundum pastorum consuetudinem
Pani et Mercurio gratam modulabatur cantilenam.
Neque ululabant canes neque mugitum edebant tauri,
Sola vero ventosa et indociles clamores edens
In Idaeis montibus resonabat Echo.
At tauri saturi viridi super fronde
Reclinati tardis coxis quiescebant.

perrimus editor. Conieci aliquando leviter emendandum *Τοῖος ἐῆς σύριγγος.* Sin secus cui videatur, non multum nunc obloquor.

v. 112. *Ἔνθεν ἔχων*] An *Ἔνθα δ' ἔχων*? Eo facit Cod. Voss., ubi *ἔνθεα ἔχων.*

Ibid. *κατ' ἤθεα καλὰ νομήων*] Sic locum emendarunt *Brodaeus*, *Falkenburgius*, vir doctus ad Ed. Ald. et *Neander.* Suffragantur Cod. Par. A. B. et Voss. In Laurent. Ambr. et editionibus antiquis *καὶ ἤθεα καλὰ νομήων*, quod parum recte contra *Neandrum* defendere conatur *Ubelus.* Cum *Neandro* reddidi *secundum pastorum consuetudinem.* Si tamen malis *in sedibus pastoralibus*, ut vers. 108., ubi cl. *D'Orvillii* nota consulenda, nec illud improbaverim.

v. 114. *καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος*] In quinque Codicibus manu exaratis et editionibus antiquis perperam *καὶ οὐ μυκήσαντο ταῦροι.* Metro claudicanti suppetias iverunt *Brodaeus*, *Falkenburgius* et *Stephanus*, qui emendarunt *καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος.*

v. 115. *βοὴν ἀδίδακτος*] Vide in Animadv. de hoc loco. Optime cl. *D'Orville* *βοὴν ἀδίδακτος ἐοῦσα* interpretatur *sua sponte reclamans*, *sua sponte et ex natura vocalis*, *resonabilis.*

v. 117. *Ταῦροι δὲ χλ.*] *Brodaeus* veram mentem Poëtae perspexit, ut ex interpretatione addita liquet: *Saturi porro tauri natibus tarde incedentes super herbam incubantes quiescebant.* Sublata igitur post *ποίης* distinctione, quae in aliis edd. erat, coniungenda *κεκλιμένοι ὑψόθι ποίης βαρύγουνον ἐπ' ἰ. ε.* Conf. postea versum 252.

Ibid. *Ταῦροι δὲ χλοερῆς*] Cod. Ambros. *ταῦροι χλοερῆς.*

Ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης
Τηλόθεν Ἑρμάωνα διάκτορον εἶδε λιγαίνων·
Δειμαίνων δ' ἀνόρουσε, θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν,
Καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φυτῶν ἐάσας
Μήπω πολλὰ καμοῦσαν ἑὴν ἀνέκοπτεν ἀοιδήν.
Τοῖα δὲ δειμαίνοντα προσέννεπε θέσκελος Ἑρμῆς·
Τάρβος ἀποῤῥίψας καὶ πώεα καλὰ μεθήσας
Δεῦρο θεμιστεύσειας ἐπουρανίοισι δικάζων,

v. 119. *ὑψιλόφοιο φυτῶν ὑπένερθε κ.*] Cod. Voss. *ὕπερθε.*

v. 120. *εἶδε λιγαίνων*] Cod. Laurent. *ἤδε.* In Ambros. *ᾔδε.* Nihil mutandum.

v. 121. *Δειμαίνων δ' ἀνόρουσε, θ.*] In Par. utroque post *θεῶν* omittitur *δ'*. Male. Aliud tamen est, quod mihi negotium facit. Loquitur versu praecedente de solo Mercurio a Paride eminus conspecto: et tamen hic immediate subdit numero multitudinis *θεῶν δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν*, ac si non solius Mercurii, sed etiam trium dearum una ad Paridem tendentium mentionem iam fecisset. Forsan scribendum *θεοῦ δ' ἀλέεινεν ὀπωπήν* quis opinaretur. Sed vero, hac admissa coniectura, alia longe maior difficultas emerget. Non enim solus Mercurius ad Paridem properabat, nec eius adspectu adeo Paris obstupuit, sed potissimum dearum simul ad temerarium arbitrum tendentium. Verosimilius itaque, retento *θεῶν* numero plurali, et hic excidisse versum unum aut alterum. Nec illud coniectura tantum nititur, sed et *Ovidius*, cum quo mire hic noster conspirat, talem suspicionem necessario in nobis excitare debet. Locum propterea ex Heroid. Epist. XVI. 61. copiosius adscribere non gravabor.

Constitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni Pleionesque nepos:
(Fas vidisse fuit, fas sit mihi visa referre:)
Inque dei digitis aurea virga fuit:
Tresque simul divae, Venus et cum Pallade Juno,
Graminibus teneros imposuere pedes.
Obstupui gelidusque comas erexerat horror,
Cum mihi, Pone metum, nuncius ales ait.
Arbiter es formae: certamina siste dearum,
Vincere quae forma digna sit, una duas.
Neve recusarem, verbis Jovis imperat: et se
Protinus aetheria tollit in astra via.

Totam rem latius narrat *Lucianus* in *Θεῶν Κρίσει.*

v. 122. *ἐπὶ φυτῶν ἐάσας*] Revocavi veterum librorum aeque manu scriptorum quam impressorum scripturam, etsi depravatam. Eruditorum coniecturas in Animadv. examinabo meamque proponam. Interea hic subiungam eruditissimi viri *Jac. Phil. D'Orvillii* coniecturam mecum humanissime communicatam: *Ἐπὶ φυτοῦ recte eruditissimus Schraderus ad Musaeum p. 224. vidit laborare quantitate. Ve-*

Paris itaque sub alto arborum tegmine canens,
Eminus Mercurio nuncio conspecto,
Prae metu surrexit dearumque conspectum fugit
Et, fistula, quae ex arundinibus ordine dispositis compacta erat, relicta,
Cantilenam suam nondum longe productam abrupit.
Cum talibus formidantem *Paridem* alloquebatur divinus Mercurius:
Pone metum pulchrosque greges missurus
Age te arbitrum deabus siste,

rum dum vocis φιτὸν occurrit auctoritas, malim legi φιτροῦ vocabulo Homerico et significationis aptae. [Lobeckius Parerg. ad Phrynich. p. 715. s.: „Hesychius: Ἐάσαντες, καταλείψαντες· unde mihi suspicio suborta est de Coluthi v. 113. [121.]

Δειμαίνων δ' ἀνόρουσε —
Καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ φηγὸν ἐρείσας
Μήπω πολλὰ καμοῦσαν ἐὴν ἀνέκοπτεν ἀοιδήν.

Codicum et Edd. veterum consentiens [?] scriptura est *ἐπὶ φυτὸν s. φυτῷ ἐάσσας*, cuius nec pes nec caput in recepta [a Bekkero] lectione apparet. Neque placet h. l. fagi mentio sensim illata. Itaque suspicari licet, illum *ἐπὶ οὔδει ἐάσας* scripsisse, *fistula humi abiecta*, quam significationem seriores — huic verbo dederunt. Quod superest, eodem modo Nonnus Dion. VI. v. 288. *σύριγγα ἐάσας.*" Conf. editio Bekkeriana. *G. H. S.*]

v. 123. *Μήπω πολλὰ καμοῦσαν*] *Brodaeus*, *Falkenburgius* et v. d. ad Ald. Ed. subolfecerunt inserendum esse *ἐὴν*, quod in Aldina et reliquis prioribus editionibus, ut et Cod. Laur. aberat. Juvant Codices quatuor, Voss. Ambros. Par. A. B.

Ibid. *Μήπω πολλὰ καμοῦσαν*] Fuit, cum legerem:

Μὴ πόλλ' ἀκμάζουσαν ἐὴν ἀνέκοπτεν ἀοίδην.

sensu plano et perspicuo. Nunc tamen fere malim vulgatam retinere. *Κάμνειν* aeque rebus inanimatis quam animatis competit. *Tryphiodorus* Ilii Exidio vs. 9.

—— *ἐναιρομένων δ' ἅρα φώτων*
Δούρατα κεκμήκει ——

Par. B. *καμοῦσαι.*

Ibid. *ἀνέκοπτεν*] Cod. Laur. *ἀνέκοπεν.*

v. 125. *πώεα καλὰ μεθήσας*] Sic hactenus edd. omnes. Cod. Laurent. *μεθύσας.* Graece participium *μεθεὶς* est a *μεθίημι*, cuius femininum *μεθεῖσα* antea versu 30., non autem *μεθήσας.* Hinc credidi pro *μεθήσας* scribendum:

Τάρβος ἀποῤῥίψας καὶ πώεα καλὰ πιθήσας
Δεῦρο θεμιστεύσειας.

Ante v. 77.

Αὐτὰρ ὁ πατρώῃσιν ἐφημοσύνῃσι πιθήσας
Εἰς ὁδὸν ἠγεμόνευε.

Nunc vero magis arridet:

Τάρβος ἀποῤῥίψας καὶ πώεα καλὰ μεθήσων.

quod huic sedi aptissimum. Ultimas syllabas per compendia scribi in Codd. MSS. notum est.

v. 126. *ἐπουρανίοισι δικάζων*] Aldina et post illam reliquae edd. omnes habent *ἐπουρανίῃσι.*

Δεῦρο διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς
Φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος, ὀπάσσαις.
Τοῖον ἀνηὔτησεν. ὁ δ' ἤπιον ὄμμα τανύσσας
Ἥκα διακρίνειν πειρήσατο κάλλος ἑκάστης.
Δέρκετο μὲν γλαυκῶν βλεφάρων σέλας, ἔδρακε δειρὴν,
Χρυσῷ δαιδαλέης ἐφράσσατο κόσμον ἑκάστης
Καὶ πτέρνης μετόπισθε καὶ αὐτῶν ἴχνια ταρσῶν.
Χειρῶν μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα
Τοῖον Ἀλεξάνδρῳ μυθήσατο μῦθον Ἀθήνη·
Δεῦρο, τέκος Πριάμοιο, Διὸς παράκοιτιν ἐάσας
Καὶ θαλάμων βασίλειαν ἀτιμήσας Ἀφροδίτην
Ἠνορέης ἐπίκουρον ἐπαινήσειας Ἀθήνην.
Φασί σε κοιρανέειν καὶ Τρῳϊον ἄστυ φυλάσσειν.
Δεῦρό σε τειρομένοισι σαόπτολιν ἀνδράσι θήσω,
Μήποτέ σοι βαρύμηνις ἐπιβρίσειεν Ἐνυώ.
Πείθεο, καὶ πτολέμους τε καὶ ἠνορέην σε διδάξω.
Ὣς ἡ μὲν πολύμητις ἀνηὔτησεν Ἀθήνη.
Τοῖα δ' ὑποβλήδην λευκώλενος ἔννεπεν Ἥρη·
Εἴ με διακρίνων προφερέστερον ἔρνος ὀπάσσῃς,

In Paris. A. binis vocibus ἐπ' οὐρανίῃσι, quam scripturam etiam postea v. 282. agnoscunt libri impressi. Ad exemplum huius loci ibi coniungendas voces recte monet cl. *D'Orvillius* in addita notula. Cum tamen in Cod. Par. B. scribatur ἐπουρανίοισι, pro quo in Laurent. ἐπ' οὐρανίοισι, fieri non potuit, quin id pro vulgata arriperem tam in hoc loco quam postea v. 282. In Laurent. praeterea θεμιτεύσειας pro θεμιστεύσειας.

v. 129. ὄμμα τανύσσας] Cod. Laurent. pro τανύσσας habet τανύσας.

v. 130. Ἥκα διακρίνειν] Cod. Ambros. ἧκε.

v. 131. Δέρκετο] Quam in promtu erat scribere ἔδρακε, ut ita eadem vox repeteretur! Vide postea ad versum 157.

v. 132. ἐφράσσατο κόσμον] Cod. Laurent. et Paris. A. ἐφράσατο.

v. 133. πτέρνες] Quid si scribamus:

Καὶ πτέρνην μετόπισθε καὶ αὐτῶν ἴχνια ταρσῶν.

Si vulgatam retineas, non male cum *Brodaeo* caperes, Paridem *tum posteriorem tum anteriorem plantae pedis figuram vidisse.* Hunc versum laudat eruditissimus *Schraderus* Animadv. ad *Musaeum* Cap. VIII. pag. 182, et seqq., quem vide.

v. 134. Χειρῶν μειδιόωντα δ.] Defectus voculae δὲ, quam sensus valde efflagitat, facit, ut fere credam scribendum esse:

Χειρὶ δὲ μειδιόωντα δίκης προπάροιθεν ἑλοῦσα.

Sic versu 61.

Χειρὶ δὲ κινήσασα μόθου πρωτόσπορον ἀρχήν.

v. 154.

Age diiudicans praestantiorem formam
Pulchriori pomum hocce, amabile germen, praebeas.
Talia voce refert, cum Paris intentis oculis blandis
Sensim uniuscuiusque pulchritudinem discernere tentabat.
Contemplabatur autem oculorum splendorem et collum,
Considerabat singulas auro artificiose ornatas,
Tum etiam a tergo calcanium ipsorumque pedum plantas.
Manu autem leviter subridens prehenso
Alexandro talia verba dedit Minerva:
Age, fili Priami, Iovis coniuge neglecta
Et Venere thalamorum praeside contemta,
Minervam fortitudinis praesidem probes.
Perhibent te imperare et urbem Troianam tenere.
Age adflictae civitati custodem te faciam,
Ne quando iracunda Bellona te premat.
Crede mihi, et bella et fortitudinem te docebo.
Ita locuta fuit sapientissima Minerva.
Quam excipiens formosa Iuno talia verba dedit:
Quod si me diiudicans praestantiorem germen praebeas,

Χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων. v. 167.

Χειρὶ δὲ μῆλον ἔχουσα τόσην ἀνενείκατο φωνήν.

Ibid. *μειδιόωντα*] Vir d. ad Ald. Ed. mendam latere suspicatus adscripserat *μειδιόωσα*, coniectura satis commendabili, quemadmodum versu 156. de Venere:

Τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα.

ut adeo de Minerva blando risu et mollibus verbis Paridem ad favorem sui allicere cupiente intelligatur. Cum tamen *μειδιᾷν* Veneri et delicatulis amatoribus potius quam Minervae sit proprium, fieri posset, ut de industria scripserit *μειδιόωντα*, quippe apprime Paridi tam egregias dearum formas non tantum contemplanti, sed et iudicium de iis ferenti conveniens.

v. 138. *ἐπαινήσειας*] Voss. *ἐπαινέσειας*.

v. 141. *ἐπιβρίσειεν Ἐννώ*] In Voss. *ἐπίβρυεν Ἐννώ*. Reg. A. *ἐπιβρύεν*.

v. 145. *Εἴ με διακρίνων προφερέστερον ἔ. ὀ.*] Locus sine dubio depravatus, quem in Animadversionibus emendare conabor.

Πάσης ἡμετέρης Ἀσίης ἡγήτορα θήσω.
Ἔργα μόθων ἀθέριζε· τί γὰρ πολέμων βασιλῆϊ;
Κοίρανος ἰφθίμοισι καὶ ἀπτολέμοισι κελεύει.
Οὐκ αἰεὶ θεράποντες ἀριστεύουσιν Ἀθήνης·
Ὠκύμοροι θνήσκουσιν ὑποδρηστῆρες Ἐννοῦς.
Τοίην κοιρανίην πρωτόθρονος ὤπασεν Ἥρη.
Ἡ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα, γυμνώσασα
Κόλπον, ἀνηώρησε καὶ οὐκ ἠδέσσατο Κύπρις,
Χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων
Στῆθος ἅπαν γύμνωσε καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.
Τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπε μηλοβοτῆρα·
Δέξεο καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, δέχνυσο μορφὴν
Ἡμετέρην καὶ σκῆπτρα καὶ Ἀσίδα κάλλιπε γαῖαν.
Ἔργα μόθων οὐκ οἶδα· τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτῃ;
Ἀγλαΐῃ πολὺ μᾶλλον ἀριστεύουσι γυναῖκες.

v. 147. *τί γὰρ πολέμων βασιλῆϊ*;] Editiones priores *τί γὰρ πόλεων*. Mendam sustulere *Dausqueius* et *Stephanus*. Idem adscripserat et vir d. ad Ald. Ed. Consentiunt Cod. Voss. Laur. Ambros. et duo Regii. Similem structuram vid. v. 159.

—— *τί γὰρ σακέων Ἀφροδίτῃ*;

[V. Dorvillius ad Chariton. pag. 630. ed. Lips. *G. H. S.*]

v. 148. *Κοίρανος ἰφθίμοισι κ.*] Ambr. *ἰφίμοισι*. Cod. Voss. superscriptum habet *ov* hoc modo: *καὶ ἀπολέμοισι κελεύει*.

v. 149. *Οὐκ αἰεὶ*] Antiquae edd. cum detrimento versus *ἀεὶ*. Medicam manum admovit *Falkenburgius* et *Stephanus* scribendo *αἰεὶ*. Quod in MSS. Laur. erat, *οὐ καὶ ἀ θεράποντες*, repetendum ex vitiosa vocis *αἰεὶ* scriptura.

v. 152. *ἐς ἠέρα, γυμνώσασα* K.] Hic rursus prava interpunctio post *γυμνώσασα* Interpretes in errorem induxit, qui satis frigide vertunt: *Ipsa vero peplum sinuosum in aere denudans, Venus sinum sustulit.* Quin ita, ut interpungi curavi et Latine reddidi, intelligendum sit, nemo dubitabit. [Idem observasse doctiss. *Ruhnkenium*, postea ex eius literis mihi innotuit. *Ex Addendis.*] Mox *στῆθος γύμνωσε*, ut hic *κόλπον γυμνώσασα*.

v. 154. *θεσμὸν ἐρώτων*] Hanc lectionem adstruere conabor in Animadversionibus. Si cui secus videatur, non incommode cum *Ubelo* legere posset *μελίφρονα δεσμὸν ἐρώτων*, ut supra versu 93., idque de *cesto* intelligere.

v. 155. *καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν*] Omnes libri *ἐμνήσατο* praeter Port., ubi *ἀμνήσατο*. Sitne de industria factum, an typothetarum incuriae adscribendum, exploratum non habeo. Sensus tale quid efflagitare videri posset quodammodo. De vocis tamen bonitate vehementer addubito. Quare meliorem viam institerunt *Brodaeus*, vir doctus ad Ald. Ed. et *Neander*

Toti nostrae Asiae te regem imponam.
Bella contemne: quid enim regi cum bellis?
Imperator fortibus et imbellibus praeest.
Non semper Minervae cultores excellunt:
Subitanea saepe morte pereunt Bellonae ministri.
Tale imperium obtulit maxima Iuno.
At Venus sinuosam vestem in aera, denudato
Sinu, absque ullo pudore sustulit,
Et manu mellitum amorum vinculum allevans
Pectus omne nudavit neque de mammis cogitavit.
Talibus itaque blande subridens pastorem alloquebatur:
Accipe et bellorum obliviscere, accipe formam
Nostram et sceptra Asiaeque regnum mitte.
Bellorum ignara sum: quid enim Veneri cum armis?
Pulchritudine multo magis excellunt feminae.

vel ἀμελήσατο vel ἐπελήθετο reponentes. Quod si veterem consuetudinem spectes mulierum, ut eo citius aliorum animos flecterent, sinus et potissimum mammulas suas denudantium, (de quibus in Animadversionibus paucula delibabo,) sensum equidem vulgato longe meliorem habere existimo: si vero *Coluthi* genium et scribendi morem consulas, causae non multum erit, cur a vulgata ἐμνήσατο discedas. Videtur suae aetatis mores potissimum spectasse, qua dedecori maximo, ut hodiedum etiam, duceretur, si qua sinum et mammas denudaret, ut hoc modo aliorum favorem sibi conciliaret. Talem fuisse auctoris mentem, modo inspexerit versum 152. et 153.

Ἡ δ' ἑανὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα, γυμνώσασα
Κόλπον, ἀνηώρησε καὶ οὐκ ἠδέσσατο Κύπρις.

qui neget, nullus erit.

v. 156. *Τοῖα δὲ μειδιόωσα*] Haec, ut multa alia, desumta ex *Apollon. Rhod.* L. III. 51. Adde *Ovidium* Heroid. XVI. 83.

v. 157. *Δέξεο καὶ πολέμων*] Voss. δόξεο exhibet, Laurent. δέξομαι, et sic etiam Ambros. Leviter itaque vestigia Codicis Voss. sublegens emendandum censeo Δόξης καὶ πολέμων ἐπιλήθεο. Δόξα notissima significatione *gloriam et famam quocunque modo partam* denotat. Aliam viam ingressus est summus ille literarum humaniorum fautor *Jac. Ph. D'Orville*. *Forte*, inquit vestigiis Codic. Laur. et Ambr. insistens, δέξο με καὶ. *Codex habet* δέξομαι. *Forte quis* δέχνυσο *elegantiae causa per repetitionem praeferat* τῷ δέξεο. *Sed haec non curat Coluthus. Sic v.* 131., *ubi poterat* ἔδρακε *bis ponere, tamen maluit semel* δέρκετο. Imo vero acutissima viri clarissimi coniectura δέχνυσο scribentis quin vera sit, vix dubitandum. Ita enim v. 169.

Εἴξατέ μοι, πολέμοιο συνήθεες, εἴξατε νίκης.

Ibid. καὶ πτολέμων ἐπιλήθεο]

Ἀντὶ μὲν ἠνορέης ἐρατὴν παράκοιτιν ὀπάσσω,
Ἀντὶ δὲ κοιρανίης Ἑλένης ἐπιβήσεο λέκτρων.
Νυμφίον ἀθρήσει σε μετὰ Τροίην Λακεδαίμων.
Οὕπω μῦθος ἔληγεν, ὁ δ' ἀγλαὸν ὤπασε μῆλον,
Ἀγλαΐης ἀνάθημα, μέγα κτέρας Ἀφρογενείῃ,
Φυταλιὴν πολέμοιο, κακὴν πολέμοιο γενέθλην.
Χειρὶ δὲ μῆλον ἔχουσα τόσην ἀνενείκατο φωνὴν
Ἥρην κερτομέουσα καὶ ἀντιάνειραν Ἀθήνην·
Εἴξατέ μοι, πολέμοιο συνήθεες, εἴξατε νίκης.
Ἀγλαΐην ἐφίλησα καὶ ἀγλαΐῃ με διώκει.
Φασί σε, μῆτερ Ἄρηος, ὑπ' ὠδίνεσσιν ἀέξειν
Ἠνκόμων Χαρίτων ἱερὸν χορόν. ἀλλά σε πᾶσαι
Σήμερον ἠρνήσαντο καὶ οὐ μίαν εὗρες ἀρωγήν.
Οὐ σακέων βασίλεια, καὶ εἰ πυρὸς ἐσσὶ τιθήνη,
Οὔ σοι Ἄρης ἐπάρηξε, καὶ εἰ δορὶ μαίνεται Ἄρης,
Οὐ φλόγες Ἡφαίστοιο, καὶ εἰ φλογὸς ἄσθμα λοχεύει.
Οἷά τε κυδιάεις ἀνεμώλιος, Ἀτρυτώνη,

Ita antiquae editiones. *Stephanus* πολέμων, cui adstipulantur quinque Codices. Voss. praeterea ἐπαλάθεο.

v. 161. ἐρατὴν] In prioribus editionibus ἐρατείνην. Recte mutarunt in ἐρατὴν vir doctus ad Ald. Ed., *Brodaeus*, *Falkenburgius*, *Dausquejus* et *Stephanus*. Juvant Cod. Ambr. Reg. A. B.

v. 164. ἔληγεν] Cod. Voss. η ἔληγεν, superscripto η. et mox μῦθον pro μῦθος. Quod me iudice vulgatae praeferendum.

v. 166. Φυταλιὴν] Ita ediderunt *Stephanus*, *Lectius* et *Portus*. Iuvant Cod. Par. A. Voss. et Ambr. In Aldina ceterisque antiquis editionibus φοιταλιὴν, quod etiam in Par. B. et Laur. Merito dudum *Falkenburgius*, *Brodaeus*, vir d. ad Ald. Ed. *Neander* emendarunt φυταλιὴν. Φυταλιὴ est *seminarium* seu terra, ubi arbores aut quaecunque vegetabilia aluntur. *Callimachus* Lav. Pall. v. 26.

Ἀστέρες, ἐμπεράμως ἐτρίψατο λιτὰ λαβοῖσα
Χρίματα, τᾶς ἰδίας ἔκγονα φυταλιᾶς.

Similia loca dabit *Ezech. Spanhemius* Observ. ad hunc locum p. 560. Hinc φυταλιὴν πολέμοιο eleganter, quemadmodum mox πολέμοιο γενέθλην, *malum* illud *aureum* Eridis, quippe originem et primam belli Troiani causam, vocat. Sic ante v. 61.

—— μόθου πρωτόσπορον ἀρχήν.

Errat itaque *Ubelus*, qui contra *Neandrum* malebat φοιταλέην, quod scilicet *bella dicantur a poëtis insana, furentia et κοσμομανέα*. Ferri aliquo modo id posset, si φοιταλέην pro epitheto capiamus: ut sit φοιταλέην γενέθλην πολέμοιο. Ita *Jo* apud *Moschum* Idyll. II. 46.

Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἁλμυρὰ βαῖνε κέλευθα

Pro fortitudine dabo gratam coniugem,
Pro imperio vero Helenae torum conscendes.
Sponsum te post Troiam videbit Lacedaemon.
Nondum sermonem finierat, cum ille pulchrum pomum obtulit,
Pulchritudinis ornamentum magnamque Veneri possessionem,
Belli seminarium pravamque belli genitricem.
Manu autem pomum tenens talem edidit vocem
Iunonem et Minervam viraginem maledictis irritans:
Cedite mihi, bellis adsuefactae, cedite victoriam.
Pulchritudinem amavi et pulchritudo me comitatur.
Aiunt te, Martis mater, enixam esse
Pulchrarum Gratiarum sacrum chorum. At vero cunctae
Hodie te deseruerunt neque ullum invenisti auxilium.
Non tibi armorum praeses, etiamsi Vulcani mater es,
Neque Mars opem tulere, hasta licet furat Mars,
Non Vulcani flammae *profuere*, quamvis flammae halitum producat.
Tuque Minerva, quantum nequidquam superbis,

Νηχομένη ἰκέλη.
Propius accedit ad nostram *ῥῆσιν Oppian.* Hal. I. v. 45.

Οὐδέ τι φοιταλέων ἀνέμων σκέπας, οὐδέ τιν' ὄμβρων
Ἀλκὴν, οὐ πυρὸς ἄλκαρ ὀπωρινοῖο φέρονται.

Unde liquet, non tantum de rebus animatis, sed etiam inanimatis dici. *Schol. Oppiani* σφοδρῶν interpretatur. *Φοιταλέη μύραινα* ibidem Lib. II. 259. Nonnulla dabit de hac voce cl. *Valckenarius* in Animadv. ad *Ammon.* Lib. II. Cap. XVII. p. 142., ubi et *Moschi* locum adduci video.

v. 167. — *τόσην ἀνενείκατο φωνὴν*] Ald. *τόσσην*. Sic Laurent. Mutatum iverunt *Brodaeus*, *Falkenburgius*, *Neander* et vir d. ad Ald. Ed.

v. 169. *Εἴξατέ μοι, πολέμοιο συνήθεες*] Voss. *Εἴξατε καὶ πολέμοι συνήθεες.*

v. 171. *Ἄρηος*] Ambr. et Par. B. *ἄριος.*

v. 174. *Οὐ σακέων βασίλεια*] Locus, in quo nihil sane difficultatis, male ab Interpretibus intellectus fucum aliquando mihi fecit. Veram mentem Poëtae expressi in versione. *Σακέων βασίλεια* aeque ac *Ἄρης* cum *ἐπάρῃς* iungendum, et ad Minervam respicit, quam aeque ac Martem et Vulcanum Iunonem deseruisse nec quidquam auxilii huic deae tulisse vult Venus. In nonnullis editionibus pessime editur *ὦ σακέων βασίλεια.* Ald. et scripti omnes *οὐ σακέων.*

v. 177. *Οἷά τε κυδιάεις*] Ita emendavi, cum antea legeretur *κυδιάει.* Emendationem com-

Ἦν γάμος οὐκ ἔσπειρε καὶ οὐ μαιώσατο μήτηρ,
Ἀλλὰ σιδηρείη σε τομὴ καὶ ῥίζα σιδήρου
Πατρῴων ἀλόχευτον ἀνεβλάστησε καρήνων;
Οἷα δὲ χαλκείοισι καλυψαμένη χρόα πέπλοις
Καὶ φεύγεις φιλότητα καὶ Ἄρεος ἔργα διώκεις;
Ἁρμονίης δ' ἀδίδακτος, Ὁμοφροσύνης ἀδαήμων
Ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθήνη,
Καὶ οὐ κυδαλίμοισιν ἀγαλλόμεναι πολέμοισι,
Κεκριμένων μελέων, οὔτ' ἄρσενες οὔτε γυναῖκες;
Τοῖα δ' ἐφυβρίζουσα προσέννεπε Κύπρις Ἀθήνην.
Ὡς ἡ μὲν πτολίπορθον ἀέθλιον ἔλλαχε μορφῆς
Ἥρην ἐξελάσασα καὶ ἀσχαλόωσαν Ἀθήνην.
Ἱμείρων δ' ὑπ' ἔρωτι καὶ ἣν οὐκ οἶδε διώκων
Δύσπαρις ἀθροίσας ἐπὶ δάσκιον ἤγαγεν ὕλην
Ἀνέρας ἐργοπόνοιο δαήμονας Ἀτρυτώνης.

probari video trium Cod. Laur. Ambr. et Par. B. consensu. Praeterea suffragatur clar. *D'Orvillius*, qui laudat Codicis Laurent. lectionem *κυδιάεις* eique respondere monet versum 182. *Καὶ φεύγεις φιλότητα.* Cod. Voss. *κυδιάνειρα ἀνεμώλιος.* Par. A. *κυδιάνει.*

v. 179. *Ἀλλὰ σιδηρείη σε τομὴ*] Ald. Neandr. Ubel. Cod. Laur. Par. A. *σιδηρίη σε.* Reliqui *σιδηρείη σε τ.*

v. 180. *Πατρῴων*] Ald. Laur. et Par. B. *πατρῴων.* *Stephanum* secutus dedi *πατρῴων.* Par. B. praeterea *ἀλόχητον* pro *ἀλόχευτον.*

v. 183. *Ἁρμονίης δ' ἀδίδακτος*] In quibusdam libris male haec cum praecedentibus connexa redduntur: *Et fugis amorem, et Martis opera persequeris connubii ignara, concordiae nescia. Ignoras vero Minerva.* Distinguendum eo, quo institui, modo, (ne de sensu id necessario postulante dicam,) addita vocula δὲ non obscure significat, quae in tribus minimum Codicibus, Voss. Par. A. B., additur, quemadmodum etiam recte *Stephanus* edidit. Ald. Neand. et Ubel. tamen absque δ' habent *ἁρμονίης ἀδίδακτος.* Abest et a Cod. Laur. et Ambros. Ceterum, nisi *Ἁρμονίη* et *Ὁμοφροσύνη* tanquam propria dearum nomina, quemadmodum *Φιλότης*, *Ἀπάτη* multaque alia, quae totidem numina constituunt, ex *Hesiodo* nota sunt, capiamus, nullus videtur elici posse sensus ex illis quae sequuntur, nec, quo referam illud *ἀνάλκιδες* et *ἀγαλλόμεναι*, habeo. Admissa nostra coniectura, optime referres ad Harmoniam et Concordiam sive *Ἁρμονίην* et *Ὁμοφροσύνην*, quas hic, ut antea Venus *Μούνη Κύπρις ἄναλκις ἔην θεός* de se ipsa loquitur, *ἀνάλκιδας* dixit nec bellis gaudentes.

v. 184. *Ἀγνώσσεις, ὅτι μ.*] Forte *Musaei* vestigia sublegit v. 249.

Quam neque connubium sevit neque mater educavit,
Sed ferri ictus et radix ferrea
Absque partu e paterno capite produxit?
Quid ferreis induta vestimentis
Amorem fugis et Martis labores sectaris?
Harmoniae nescia Concordiaeque imperita
Ignoras, imbelles admodum illas esse,
Neque gloriosis se delectantes bellis,
Secretis membris, nec viros nec feminas?
Talibus conviciis incessit Venus Minervam.
Cum itaque illa civitatibus perniciosum formae praemium accepisset,
Expulsis Iunone et indignante Minerva,
Amore aestuans ignotamque desiderans
Miser Paris in densam silvam congregavit
Viros laboriosae peritos architecturae.

Ἀγνώσσεις, ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐστι θαλάσσης.

Ibid. *ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθήνη*] Cum sermonem ad Minervam adhuc dirigat Venus, erunt qui *Ἀθήνη* retinebunt. Mihi vix a *Colutho* profectum videtur. Placetne itaque?

Ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν ἐκεῖναι.

quod satis prope ad Voss. Cod. scripturam *ἀθῆναι* accedit. *ἐκεῖναι* respicit ad *Ἁρμονίην* et *Ὁμοφροσύνην*.

v. 186. *Κεκριμένων μελ.*] Voss. *κεκρυμένων*.

v. 188. *πτολίπορθον*] Cod. Laurent. *πολίπορθον*.

v. 190. *οἶδε*] Par. A. *εἶδε*. Conferri meretur *Ovidius* Heroid. Ep. xvi. 97.

At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam
Coniugii spes est, Tyndari, facta tui.
Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
Lumina cum placido victa sopore iacent.
Quid facies praesens, quae nondum visa placebas?
Ardebam, quamvis hinc procul ignis erat.

v. 191. *Δύσπαρις ἀθροίσας*] In omnibus libris editis et MSS. praeter Voss. *ἀθρήσας*. Vir doctus ad Ald. Ed. dudum emendavit *ἀθροίσας*, sensu aeque facili atque mutatione lenissima. Consentit accurate Cod. Voss. Imo idem suboleferat vir acutissimus *Iac. Ph. D'Orville*. *Ἀθρήσας*, inquit, *quomodo locum suum tueri possit, non video. Emendandum reor levi pronunciationis discrimine ἀθροίσας.*

Δύσπαρις ἀθροίσας ἐπὶ δάσιον ἤγαγεν ὕλην
Ἀνέρας.

ἀθροίζειν στράτευμα, πολίτας, δῆμον passim occurrit. ἦτα et diphthongum οι saepe abire in ἰῶτα et inter se commutari exemplis docere supersedeo.

v. 192. *ἐργοπόνοιο*] Idem vo-

Ἔνθα ταννυπρέμνοιο δαϊζόμεναι δρύες ὕλης
Ἤριπον ἀρχεκάκοιο περιφροσύνῃσι Φερέκλου,
Ὃς ποτε μαργαίνοντι χαριζόμενος βασιλῆϊ
Νῆας Ἀλεξάνδρῳ δρυτόμῳ τεκτήνατο χαλκῷ.
Ἀντὶ μὲν Ἰδαίων ὀρέων ἠλλάξατο πόντον,
Καὶ λεχέων ἐπίκουρον ἑφεσπομένην Ἀφροδίτην
Πολλάκις ἀκταίοισιν ἱλασκόμενος θυέεσσιν
Ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα τιθήνης.
Τῷ δὲ πολυτλήτων σημήϊα φαίνετο μόχθων.
Κυανέη μὲν ὕπερθεν ἀναθρώσκουσα θάλασσα
Οὐρανὸν ὀρφναίων ἑλίκων ἐζώσατο δεσμῷ·
Ἡ δ' ἄρα μιχθαλόεντος ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἀνεῖσα *

cabulum in *Anthol.* Lib. v. C. 1. Ep. 67. v. 6. occurrit:

Οὐ γὰρ ἐγὼ κατὰ θυμὸν ὀΐομαι, ὅττι μιν ἀνὴρ
Ἐργοπόντος χάλκευσε παρ' ἐσχαρεῶνι θαάσσων.

v. 193. ταννυπρέμνοιο] Cod. Voss. ταναπρέμνοιο. Postea noster πολύπρεμνος v. 349.

Ἀλλὰ πολυπρέμνων ξυλόχων ὑπὸ δάσκιον ὕλην.

v. 196. Νῆας Ἀλεξάνδρῳ] Cod. Ambros. ἀλεξάνδροιο. Convenit fere *Tryphiodorus* in Ilii Excidio v. 60. Integrum locum hac occasione emaculandum adscripsisse non pigebit:

Ἤθελε καὶ Δαναοῖσι νέον βρέτας ἁγνὸν ἄγεσθαι,
Λήσῃ μὲν ἑοῦσα φίλης ἐπίκουρος Ἀθήνης.
Ἤδη καὶ βουλῇσι θεῆς ὑποεργὸς Ἐπειὸς
Τροίης ἐχθρὸν ἄγαλμα πελώριον ἵππον ἐποίει.
Καὶ δὴ τέμνετο δοῦρα καὶ ἐς πεδίον κατέβαινεν
Ἴδης ἐξ αὐτῆς, ὁπόθεν καὶ πρόσθε Φέρεκλος
Νῆας Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο πήματος ἀρχήν.

Dedi *νέον*, quod in antiquis editionibus erat, a posteris editoribus male in *νέος* mutatum. Locum depravatissimum, ut probabili coniectura quam proxime vulgatae scripturae vestigia legens emendandum reor, adscribam:

Ἤθελε καὶ Δαναοῖσι νέον βρέτας ἁγνὸν ἄγεσθαι
Αἴης ἧς μὲν ἑοῦσα φίλης ἐπίκουρος Ἀθήνη.

Cetera sunt satis sana. Aliorum coniecturis refellendis operam insumere supersedeo. Utrique praeivit *Homerus* Il. E. 62.

Ὅς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας,
Ἀρχεκάκους, αἳ πασὶ κακὸν Τρώεσσι γένοντο
Οἵ τ' αὐτῷ.

Ex hoc loco etiam desumsit noster, quae versu 9. et v. 194. habet. [De insigni supplemento huius loci a Bekkero in Cod. Mutin. reperto v. Wernickius ad Tryphiodor. p. 43. *G. H. S.*]

v. 197. Ἀντὶ —— ἠλλάξατο] Laur. et Ambros. ἠλλέξατο.

v. 198. Καὶ λεχέων ἐπίκουρον] Conferatur cum hoc loco *Ovid.* Heroid. xvi. 113.

Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine parvo
Sponsor coniugii stat dea picta sui.

Ubi ilices frondosae silvae resectae sunt
Consilio Pherecli malorum auctoris,
Qui fatuo regi gratificatus
Alexandro naves exstruxit acuto ferro.
Cum itaque Idaeos montes cum mari commutavisset,
Et lectorum praesidem Venerem comitantem
Saepe litoralibus sacrificiis placans
Hellespontum navigaret supra latas maris undas,
Signa ipsi apparuere magnarum aerumnarum.
Mare enim caeruleum sursum assiliens
Coelum cinxit vinculo tortuoso et obscuro,
Et procella ab aëre mixto cum imbre irruit,

v. 199. *Ἱλασκόμενος*] Laur. Cod. *ἱλασσόκενος*.

v. 200. *ἐπ' εὐρέα νῶτα τιθήνης*] Hanc scripturam omnes Codices et edita exemplaria suppeditant, quae non immerito suspecta videbatur cl. *D'Orvillio*, qui illud *τιθήνης*, ut *Brodaeo, ita et sibi austerum videri* profitetur. *Brodaei* tamen coniectura scribentis *θαλάσσης* ut non placuisse videtur summo viro, ita nec mihi adblanditur et sane nimium a recepta scriptura recedit. *ἐπ' εὐρέα νῶτα γαλήνης* fortassis legendum in Animadv. docebo, quod hoc sensu familiare *Colutho*.

v. 203. *Οὐρανὸν ὀρφναίων ἑλίκων*] In omnibus libris fere legitur *Οὐρανὸν ὀρφναίῳ ἑλικῶν*. Elegans prae ceteris cl. *D'Orvillii* observatio ad hunc locum. *Hanc*, inquit, *sanam lectionem habeo, modo ipsi licuerit Helicas dicere pro Helice et Cynosura, ut aliis Castores et Polluces pro utroque fratre ponuntur. δεσμὸν ὀρφναῖον ἑλίκης interpretor:* Helicen obscuram. Coelum obscuravit, Helice non adparente nec navim regente. *Eleganter mihi ὁ οὐρανὸς ζώννυσθαι ὄρφνῃ dici videretur. Modo illud τιθήνης, quemadmodum Brodaeo, et mihi austerum videtur.* Hactenus vir eruditissimus. Eodem fere modo tentarunt *Falkenburgius* et *Brodaeus* Ἑλίκης legendum rati. Nec causae quidquam fuisset, cur ab hac lectione et interpretatione satis opportuna et genio *Coluthi* accommodatissima discederem, nisi intervenisset Codicis Laurent. auctoritas, ubi *ὀρφναίων ἑλικῶν*, quod ut veram *Coluthi* manum lubens agnosco, modo pro *ἑλικῶν* legatur accentu mutato *ἑλίκων*. *Δεσμὸς ὀρφναίων ἑλίκων* est *vinculum obscurorum tractuum*, quales, orta tempestate, undarum ad coelum montium instar sese tollentium motu fieri solent. De emendatione hac eo minus dubitavi, quod et idem aliquando acutissimo *Heringae* inciderat, qui illud humanissime mecum communicavit.

v. 204. Ἦ δ' ἄρα *μιχθαλόεντος ἀπ' ἠέρος*] Ita edi curavi, fretus auctoritate Codicis tum Vossiani, tum Laurentiani. In omnibus editis scribitur hoc modo:

Ἦ δ' ἄρα *μυχθαλόεντος ἐπ'*
ἠέρος ὄμβρον ἀνεῖσα.

205 Ἐκλύσθη δέ τε πόντος ἐρεσσομένων ἐρετάων.
Τόφρα δὲ Λαρδάνιον καὶ Τρωΐον οὖδας ἀμείψας
Ἰσμαρίδος μεθέηκε παραπλώων στόμα λίμνης.
Αἶψα δὲ Θρηϊκίοιο μεταῤῥία Παγγαίοιο
Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔδρακε τύμβον

in quibus sensus plane nullus, ne de vocabulo inaudito μυχθαλόεντος dicam. Clar. *D'Orvillii* de hoc loco sententiam optime ex ipsis viri verbis percipies. En itaque totam notam.

Ἡ δ' ἄρ' ἀμιχθαλόεντος ἐπ'
ἠέρος ὄμβρον ἀνεῖσα.

Ita legendum. Cod. μιχθαλόεντος. *Dausqueius et alii iam viderunt* μυχθαλόεντος *esse vocem nihili. Revera vox haec Homero de insula Lemno propter importunitatem adhibetur. Sed uti* importunus *ad multa transfertur, sic ad coelum et aërem nautis parum utilem et commodum Coluthus potuit transferre.* ὑαλόεντος *Dausqueii non placet: nec magis aliorum* μοχθαλόεντος. *Pro* ἀνεῖσα *longe facilius legeretur* ἀνῆκε *vel* ἀνίει. *Durum, ut huc* ἐκλύσθη *quoque referatur: et stribliginosum est et Coluthi facilitate indignum, ut intelligatur* ἦν. *An putabimus versum deesse? nam* ἀνεῖσα *non facile convelli debet. Similiter pendens participium habemus vs.* 357. Hactenus vir cl. Imo vero certissimum mihi videtur excidisse versiculum talis aut saltem non multum diversi sensus:

Ἡ δ' ἄρα μιχθαλόεντος ἀπ'
ἠέρος ὄμβρον ἀνεῖσα
Παντοίων ἀνέμων μέγα κῦμα
κύλινδε θύελλα.
Ἐκλύσθη δέ τε π. ἐ. ἐ.

Sensus verborum eo fere redit: *Turbo vero omne genus ventorum ab aëre mixto et confuso cum imbre ingruens magnos fluctus volvebat* etc. [*Ruhnkenii* verba super hoc loco mecum communicata sunt: *Versum* 204. *coniectura hunc in modum refingebam:*

Ἡ δ' ἄρα μυδαλέου ἐξ ἠέρος
ὄμβρον ἀνεῖσα.

Nunc vero lubens arripio, quod clarissimi Reimari Codex suppeditat, μιχθαλόεντος. *De qua voce vide Eustathium et Scholia minora ad Iliad. Ω. vs.* 753. *et Hesychium in v.* Μιχθαλόεσσα. *Ex Addendis.*] [Tetigit h. v. Dorvillius etiam ad Chariton. p. 582. ed. Lips. *G. H. S.*]

v. 205. *Ἐκλύσθη*] Nihil equidem in hac lectione invenio, cur vel ullo modo eam mutaremus. *Brodaeus* tamen, *Neander* et vir doctus ad Ald. Ed. maluerunt *ἠχλύθη*, quod merito reiecerunt *Dausqueius* et *Ubelus*. [Merito etiam vulgatam tuetur *Ruhnkenius* adducto *Quinti Calabri* loco Lib. XIV. 534. *Ἐκλύσθη δ' ἄρα πᾶσα περίδρομος Ἀμφιτρίτη. Ex Addendis.*]

Ibid. *ἐρεσσομένων ἐρετάων*] Quoniam potissimum in descriptione maris turbidi et maximae tempestatis versetur, parum opportuno posita loco haec videri possent. Aliquando legendum conieci *ἀρασσομένων πετράων*. *Apollonii Rhodii* locum ex Lib. II. 555. hanc in rem peregregium adposuisse sufficiat.

Δινήεις δ' ὑπένερθεν ἀνακλύζεσκεν ἰοῦσαν
Νῆα ῥόος, πολλὸν δὲ φόβῳ προτέρωσε νέοντο.
Ἤδη δὲ σφισὶ δοῦπος ἀρασσομένων πετράων

Mareque aestuavit remorum agitatione. 205
Tunc Dardanium et Troicum solum egressus
Praeternavigavit ostium paludis Ismaricae.
Moxque iugis Threicii Pangaei relictis
Phyllidis amore flagrantis surgentem tumulum vidit

Νωλεμὲς οὖατ' ἔβαλλε, βόων δ' ἁλιμυρέες ἀκταί.

Schol. *Ἀρασσομένων· ἀντὶ τοῦ συγκρουομένων ἀλλήλαις.* Si tamen quis pro vulgato *ἐρεσσομένων ἐρετάων* stare velit, quin plurimos suffragantes inventurus sit, nullus dubito.

v. 206. *Τόφρα δὲ Δαρδάνιον*] Recepi pro *τόφρα καὶ Δαρδάνιον*, quod omnes editiones occupabat, Codicis Voss. scripturam *Τόφρα δὲ Δαρδ.* Ita ex coniectura etiam emendarunt cl. *D'Orville* et *Dausqueius.*

v. 207. *Ἰσμαρίδος*] *Intelligit Propontidem Chersoneso Thracica clausam, quae λίμνη et pars Maeotidis paludis dicitur.* Verba sunt clarissimi *D'Orville.*

v. 208. *μεταῤῥία*] Revocavi ex Aldina editione veram scripturam, quae hactenus nullo suo merito exularat e plerisque editionibus. Pro eo in Voss. erat *Θρηϊκοῖο μετάῤῥοια Παγγαίοιο.* In reliquis collationibus nulla differentia notatur. Qui hic intrudunt *μετάρσια*, ut sunt *Brodaeus*, *Neander*, vir d. ad Ald. Ed., *Stephanus*, alii, quam longissime a vero aberrant, eorumque sententiam recte retudit *Dausqueius*, nec non clar. *D'Orville*, cuius haec sunt verba: *Μετάρσια temere recepit Stephanus. Sanum enim μεταῤῥία pro μετὰ ῥία, ut καταῤῥόον, ἀναῤῥόον, παραῤῥόον. Vid. Criticam Vannum p.* 588. *Sic ex quorundam Grammaticorum instituto Codd. veteres Odyss. Ξ.* 226. *scribunt καταῤῥιγηλά.* Hactenus vir clariss. Simili modo *ὄῤῥα, τόῤῥα* pro *ὅ ῥα, τό ῥα.* Utrumque vide apud *Apollon. Rhod.* L. I. 526. ubi *τόῤῥα.* Prius vide apud eundem Lib. II. 720. et aliis in locis. Vid. etiam *Theocritum* Idyll. XXIV. 42. Nec dubium, quin hoc modo leviter emendandus *Hesychius*, ubi nunc legitur *ὅ ῥα, ὃς ἄρα. ὄῤῥα* legendum vel ordo literarum docet. Plura huius generis quisque facile inter legendum deteget. Hoc si perspexisset *Theodorus Sellius* Observ. Cap. XVIII. p. 125., non certe criticum scalpellum adhibuisset in constituenda *Tryphiodori* lectione, ubi v. 209. in antiquis editionibus legebatur:

Νησὶν ἀναπλώεσκον ἀποῤῥοιτιάδος ἀκτῆς.

Sellius volebat *ἀπὸ Ῥοιτειάδος ἀκτῆς*, partim recte, partim secus. Ego non dubito, quin sit reponendum *ἀποῤῥοιτειάδος ἀκτῆς.*

v. 209. *Φυλλίδος ἀντέλλοντα*] *Brodaei* coniecturam *ἀνθάλλοντα* emendantis, quod de sepulcro Phyllidis in amygdalum versae intelligebat, acutam magis quam veram puto. Notissimum verbum *ἀνατέλλειν, ἐπιτέλλειν, ἀνέρχεσθαι* de illis rebus, quas eminus apparere et sensim sensimque quasi oriri videmus, saepe apud *Homerum* aliosque reperies. Ipse *Coluthus* mox v. 215.

Ἐξαπίνης ἀνέτελλεν Ἀχαϊδος ἄστεα γαίης.

Sic:

—— ἀνερχομένοιο παρ' εἰαμενὰς Ἑρυμάνθου.

Καὶ δρομον ἐννεάκυκλον ἀλήμονος εἶδε κελεύθου·
Ἔνθα διαστείχουσα κινύρετο Φυλλὶς ἀκοίτην
Δεχνυμένη παλίορσον ἀπήμονα Δημοφόωντα,
Ὁππότε νοστήσειεν Ἀθηναίης ἀπὸ δήμων.
Τῷ δὲ βαθυκλήροιο διὰ χθονὸς Αἰμονιήων
Ἐξαπίνης ἀνέτελλεν Ἀχαΐδος ἄστεα γαίης,

v. 217. Sensu magis generali *Oppianus* Cyn. Lib. II. 97. ubi sic emendo.

Οὐ γάρ τοι κρατερῇσιν ὑπὲρ κεφαλῇσι πέπηγε·
Κινοῦσι δὲ κέρα τε καὶ ἐγκλίνουσ' ἑκάτερθε
Μώνυχες ἀόνιοι, στικτὸν γένος, οἰοκέρωτες,
Ἔκ τε μέσου κέρας αἰνὸν ἀπαντέλλουσι μετώπου.

Male legebatur *Κινοῦσι δὲ κέρατα καὶ* —, quod metrum respuit.

v. 210. *δρόμον*] Melius dixisset, opinor:

Καὶ δρόμου ἐννεάκυκλον ἀλήμονος εἶδε κέλευθον.

v. 211. *Ἔνθα διαστείχουσα*] Ita emendavi textum, cum in omnibus exemplaribus erat *διαστίχουσα*, perperam et oum iactura versus. Clariss. *D'Orville* idem monuit. *Διαστείχουσα*, inquit, *scribendum, licet correpte, sed et corrupte apud Theocritum Idyll. XXIII. legatur στίχοισι prima producta.* Hactenus cl. *D'Orville*. Est locus ille *Theocriti* v. 46., ubi legitur:

Κἤν ἀπίκῃ, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον· Ὦ φίλε, κεῖσαι.
Ἢν δέ γε λῇς, καὶ τοῦτο· Καλὸς δέ μοι ὤλεθ' ἑταῖρος.
Γράψον καὶ τόδε γράμμα, τόσοι στίχοισι χαράξω.

Quae commode sic emendabis:

Γράψον καὶ τόδε γράμμα τόσοισι στίχοισι χαράξων.

Cumque abieris, ter mihi istud acclama: O amice, iaces.
Si vero velis, et illud: Optimus mihi periit sodalis.
Inscribe et inscriptionem his versibus insculpturus.

Ne autem hic offendat sonus paululum durior in vocibus *τόσοισι στίχοισι*, en ex eodem Idyll. vs. 36., quem copiosius paulo subiunxisse et emaculavisse operae pretium erit:

Ὁππόταν ἐξενθὼν ἠρτημένον ἐν προθύροισιν
Τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς, τὸν τλάμονα μή με παρένθῃς.

Participium *ἐξενθὼν*, cum mox sequatur *παρένθῃς*, vere ab elegantissimo poëta profectum nullus crediderim. Imo *ἠρτημένον* ita nude positum quam maxime suadet, pro *ΕΞΕΝΘΩΝ* reponamus *ΕΞΟΥΔΩΝ*. Dixerat, nisi fallor, amator infelix;

Ὁππόταν ἐξ οὐδῶν ἠρτημένον ἐν προθύροισιν
Τοῖσι τεοῖσιν ἴδῃς.

Confer vs. 50.

— — — — *ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν* (*οὐδῶν*)
Τὰν λεπτὰν σχοινῖδα.

Adde versum 53.

— *ὁ δ' αὖτ' ὤϊξε θύρας καὶ τὸν νεκρὸν εἶδεν*
Αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον.

Huc etiam facit *Ovidii* locus Met. XIV., ubi multa ex hoc Idyllio desumsit. Ibi vs. 733. Iphis

Dixit: et ad postes ornatos saepe coronis

Et viam novies in se redeuntem cursus erratici:
Ubi obambulans Phyllis maritum lugebat
Exspectans incolumem redeuntem Demophoonta,
Cum reverteretur ab Attica.
Ceterum Paridi per opulentam Aemoniorum terram
Extemplo apparuerunt urbes terrae Achaicae,

Humentes oculos et pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret brachia summi:
Haec tibi serta placent, crudelis et impia, dixit.

Ibid. *κινύρετο*] Editiones omnes *κινύρατο*. Quin tamen praeferendum sit *κινύρετο*, eo minus dubito, quod sic quoque in duobus Codd., Par. A. et B., legatur. Hanc scripturam etiam amplexus *Ioh. Meursius* de Regn. Athen. L. III. Cap. VII. p. 196. Apollon. Rhod. L. I. 292.

Ὣς ἥ γε στενάχουσα κινύρετο —

Ibid. *Φυλλὶς ἀκοίτην*] *ἀκοίτην* habent MSS. omnes. Pro eo male in antiquis editionibus *ἄκοιτιν*, quod iam dudum mutarunt docti. In Voss. *Φυλλὶς ἀκοίτην*, superscripto *οιο* voci *Φυλλὶς*.

v. 212. *Δεχνυμένη*] In editionibus et MSS. nulla scripturae differentia conspicitur, sed constanter legitur *ἀχνυμένη παλίνορσον*, quod per se positum non facile mutarem. Cum tamen versu sequente legatur Ὁππότε νοστήσειεν etc., sensus et structura, ut sibi recte constent, aliud pro *ἀχνυμένη* efflagitant. Vulneri inflicto opem tulerunt primi *Brodaeus* et vir doctus ad Ald. Ed. *δεχνυμένη* scribendum rati. Idque iam olim et ipse suspicatus fui. Eadem plane structura apud *Theocritum* Idyll. XXV. 228.

—— δεδεγμένος, ὁππόθ' ἵκοιτο.

Quae autem pro vulgata adfert eruditissimus *Brodaeus*, rectius omisisset, nec ullo modo sese tueri possunt.

v. 213. *Ἀθηναίης ἀπὸ δήμων*] Haec constans fere in omnibus libris tam manu exaratis quam typis impressis lectio est, nec ab illa abierunt editores, qui sine dubio recte vulgatam retinuerunt, praeter *Portum*, qui cur ab aliis discederet scribendo *Ἀθηναίης ἀπὸ δήμου*, causa nulla erat.

v. 214. *βαθυκλήροιο*] Eodem sensu *πολυλήϊοι Αἰμονιῆες Apollon. Rhod.* L. II. 508.

—— ὃν καλέουσιν
Ἀγρέα καὶ νόμιον πολυλήϊος Αἰμονιῆες.

Βαθύκληρος ἄρουρα saepius obvium apud poëtas pro *foecunda et feraci terra* quis ignorat? Minus itaque amplectenda *Dausquei* interpretatio, qui ob equos Thessalicos, de quibus variis in locis *Pausanias*, nec silent alii, dictos *βαθυκλήρους* Aemonios existimabat.

v. 215. *ἀνέτελλεν*] Ambros. et Par. B. *ἀνέτειλεν*.

Ibid. *Ἀχαΐδος*] In Ubel. edit. totus omittitur hic versus. Recte *Brodaeus* per *Ἀχαΐδα γαῖαν* universam Graeciam intelligendam monet. Si enim de Achaia ita proprie dicta capias, iam nullus locus erit Phthiae, quam mox inter Achaiae urbes commemorat; si vero Achaios iuxta Phthiotas colloces cum *Homero*, nulla specie certe defendi pote-

Φθίη βωτιάνειρα καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.
Ἔνθεν ἀνερχομένοιο παρ' εἰαμενὰς Ἐρυμάνθου
Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ἀτρείωνος,
Κεκλιμένην ἐνόησε παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις.
Ἄγχι δὲ ναιομένην ὑπὸ δάσκιον οὔρεος ὕλην
Γείτονα παπταίνων ἐρατὴν θηεῖτο Θεράπνην.
Οὔπω κεῖθεν ἔην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης
Δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν.
Καὶ χθονὸς ἐν κόλποισιν ἐπ' ἠϊόνεσσι βαλόντες

rit Mycenarum mentio iniecta. Pro tota itaque Graecia capiamus necesse est. Interea ex tota huius itineris descriptione, quam fuerit in Geographicis hospes *Coluthus*, aestima. Phthiam et Mycenas quam longissime a se invicem dissitas fuisse res est explorata. Has tamen noster, ac si urbes forent vicinae admodum, coniungere non dubitavit. Nec longe melius sibi constat, dum narrat, Paridem, relictis Mycenis, iuxta Erymanthi prata Spartam sitam ad fluenta Eurotae vidisse. Cum enim Mycenis Paris proficisceretur Spartam, non, nisi per longissimas ambages iter instituisset, ad fluvium Erymanthum, quippe longo satis intervallo a Mycenis et Sparta dissitum, pervenire potuit. Sed ponamus, Paridem iuxta Erymanthum iter instituisse. Iamne nulla amplius difficultas supererit? Imo vero maxima: nec enim tam vicini erant fluvii Erymanthus et Eurotas, cui Sparta adiacebat, ut, qui iuxta Erymanthi fluenta morabatur, iam tum Spartam Eurotae vicinam videre posset. Erymanthus enim per Arcadiam labens in Alpheum sese exonerat atque adeo in occidentali Peloponesi parte est. Vide, quae de eo tradidit *Pausanias* L. VIII. Cap. XXIV. pag. 645. et aliis in locis. Spartam autem ad orientem Peloponesi in Laconia sitam esse notissimum est ex Geographis. Minus itaque accuratum fuisse in hoc itinere describendo et solummodo loca quaedam pro lubitu, nulla Geographiae locorumque situs ratione habita, enumerasse *Coluthum* satis liquet. Unde autem desumserit haec, facile detegi poterit, modo quis epitheta consideret, quae singulis locis addidit: sunt enim plane *Homerica*, nec aliunde quam ex *Homero* desumta. Sic vs. 216. conflatus ex Il. *Δ*. 155.

Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ.

et Il. *Δ*. 52.

Ἄργος τε Σπάρτη τε καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

Sic *Σπάρτην καλλιγύναικα* ex Odyss. *N*. 412. desumtum.

v. 219. *ἐνόησε*] Laur. *ἐννόησε*. Confer cum hoc loco *Apollon. Rhod.* L. IV. 1626.

v. 220. *ὑπὸ δάσκιον*] Male *Portus* *ὑποδάσκιον* una voce. In Neandr. et Ubel. inverso ordine hic et sequens versiculus leguntur.

v. 223. *ἐρεσσομένων*] Laur. *ἐρεσσομένης*.

v. 224. *Καὶ χθονὸς*] Minus commodum locum obtinet *καὶ*, quod, nisi aliud quid latere suspicarer, libenter in *ἀλλὰ χθο-*

Phthia foecunda, et amplissimae Mycenae.
Inde iuxta palustria loca surgentis Erymanthi
Spartam formosis mulieribus claram, gratam Menelai urbem,
Ad Eurotae fluenta sitam vidit.
Prope autem sub densa montis silva bene habitatas
Vicinasque contemplatus est Therapnas.
Neque inde longa erat navigatio, neque maris
Sonitus impulsis remoribus diu audiebatur.
Terraeque in sinu in litus navem subductam

νὸς κόλποισιν vel simile quid mutatum ivissem. Cum enim hic demum Paris dicatur navem egressus, miror equidem, qui fieri potuerit, ut omnes illas urbes aliaque satis longe a mari dissita contemplatus fuerit et iuxta illas iter fecerit. *Colathum*, quippe geographiae minus gnarum, ut in describendo itinere Paridis, ita et hic minus sibi constitisse inquies fortassis. Nec sane multum, quod opponam, succurrit. Unum tamen illud *καὶ*, cum locum minime opportunum occupare videatur, facit fere, ut hunc versum, una cum sequente sede sua motum, hic locum parum idoneum sibi vindicasse credam. His enim semotis optime reliqua sibi respondent:

Οὔπω κεῖθεν ἦην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης
Δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν.
Αὐτὰρ ὁ χιονέοιο κ. τ. λ.

Si iam Paridis iter inspiciamus et in eo quaeramus, ubi revera navem subduxisse eamque secundum *Coluthi* descriptionem egressus dici possit, sponte ducimur ad versum 208. *Αἶψα δὲ Θρηϊκίοιο* etc.: unde incipit commemorare, quae Paris durante itinere vidit, ut adeo traiecto Hellesponto et parte Aegaei maris hic prope *Ἐννέα ὁδοὺς* seu Amphipolim navem egressus videri posset. His itaque rationibus inductus binos hosce versus libenter ante versum 208. insererem hoc modo:

Τόφρα δὲ Δαρδάνιον καὶ Τρῳϊον οὖδας ἀμείψας
Ἰσμαρίδος μεθέηκε παραπλώων στόμα λίμνης.
Καὶ χθονὸς ἐν κόλποισιν ἐπ' ἠϊόνεσσι βαλόντες
Πείσματα νηὸς ἔδησαν, ὅσοις ναὸς ἔργα μέμηλεν.
Αἶψα δὲ Θρηϊκίοιο μεταῤῥία Παγγαίοιο
Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔδρακε τύμβον.

Videri tamen posset huic coniecturae obstare, quod v. 222. et 223. legitur:

Οὔπω κεῖθεν ἦην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης
Δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν.

ubi manifesta adhuc navigationis mentio. Verum qui sequentia consuluerit, facile sentiet, haec non, nisi ut transitum ad illa faceret, inservire, et sic eleganti oppositione oratio dirigeretur ad Paridem, qui iam cupiditate Helenae videndae ardebat et maxima festinatione, ut amantibus proprium, ad eam properabat.

Πείσματα νηὸς ἔθησαν, ὅσοις ναὸς ἔργα μέμηλεν.
Αὐτὰρ ὁ χιονέοιο λοεσσάμενος ποταμοῖο
Ὤιχετο φειδομένοισιν ἐπ' ἴχνεσιν ἴχνος ἐρείσας,
Μὴ πόδες ἱμερόεντες ὑποχραίνοιντο κονίης,
Μὴ πλοκάμων κυνέηθεν ἐπιβρίσαντες ἐθείραις
Ὀξύτερον σπεύδοντος ἐπαντέλλοιεν ἀῆται.
Ἄρτι μὲν αἰπύδμητα φιλοξείνων ναετήρων
Δώματα παπταίνων καὶ γείτονας ἐγγύθι νηοὺς
Ἄστεος ἀγλαΐην διεμέτρεεν, ἔνθα μὲν αὐτῆς
Χρύσεον ἐνδαπίης θηεύμενος εἶδος Ἀθήνης,
Ἔνθα δὲ Καρνείοιο παραγνάμψας Ὑακίνθου·
Ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας

v. 225. ὅσοις ναὸς ἔργα μέμηλεν] Libri omnes ὅσοις ναὸς ἔργα μέμηλεν. Nullus tamen dubito, quin scripserit νεὸς. Emendationem debeo viro humanissimo *I. Ph. D'Orvillio*, qui paucula haec mecum communicavit: *Legendum νεὸς, quod Homericum. Posset et ἀλὸς. Sed prius melius videtur.*

v. 228. ὑποχραίνοιντο κονίης] Ambros. ὑπαχράντοιο. Laur. Par. A. et B. ὑπ' ἀχράντοιο. In Par. A. margo habebat ὑποχραίνοιντο.

v. 229. κυνέηθεν ἐπιβρίσαντες ἔθειραι] Sic ediderunt doctissimus *Stephanus*, *Lectius* et *Portus*. Reliquas editiones, ut et Voss. et Par. A., occupavit ἐπιβρύσαντες, quod nullo modo defendi potest. Verum ne quidem admissa hac *Stephani* emendatione satis recto incedunt pede hic et sequens versus. Vix enim recte crines dici posse videntur ἐπιβρίθειν ἀήταις, sed contra multo melius id de vento crines ingruente eosque vehementioribus paulo flatibus turbante adhiberes. Hinc motus *Dausqueius* emendavit:

Μὴ πλοκάμων γαίηθεν ἐπιβρίσαντες ἐθείραις
Ὀξύτερον σπεύδοντος ἐπαντέλλοιεν ἀῆται.

partim non male, partim secus. Quae enim contra vulgatum κυνέηθεν in medium profert, ficulnea sunt et nullius momenti. Meliori instituto clar. *D'Orvillius*, Ἐπιβρίσαντες ἔθειραι, inquit, *non facile eo colore excusem, quo antea περόνην θυόεντα, et omnino mihi recte videtur corrigere Dausqueius:*

Μὴ πλοκάμων κυνέηθεν ἐπιβρίσαντες ἐθείραις
Ὀξύτερον σπεύδοντος ἐπαντέλλοιεν ἀῆται.

Venti, tempestates, imbres dicuntur ἐπιβρίθειν. *Apollon. Rhod. L. II.* 1128.

Πόντῳ γὰρ τρηχεῖαι ἐπιβρίσασαι ἄελλαι.

Vid. et L. III. 344. *Male tamen idem* γαίηθεν *reponit. Nihil mutandum.* κυνέηθεν, ἀπὸ τῆς κυνέης, *a galea ingruentes. Est* ἐφύπερθεν, *ut Homer. Odyss. Ω.* 343.

Ὁππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν.

Emendationi haud parum robo-

Fune ligarunt, quibus cura navis mandata erat.
Paris vero niveo ablutus fluvio
Incedebat suspenso pede vestigia firmans,
Ne pedes amabiles pulvere contaminarentur,
Ne comptos capillos a pileo irruentes
Venti, ocius illo festinante, turbarent.
Iam igitur excelsas hospitalium civium
Aedes spectans propinquaque templa
Urbis insignia studiose investigavit: ubi tum ipsius
Indigenae Minervae simulacrum aureum conspexit,
Tum Carnei Hyacinthi alio deflectens:
Quem cum aliquando cum Apolline ludentem vidisset

ris conciliat consensus Laurentiani Cod., ut et Par. A. et B., ubi pro ἀήταις ἄῆται reperitur, ut mox dicam ad versum seq. Ad hunc itaque modum textum emendare non dubitavi.

v. 230. *Ὀξύτερον σπεύδοντος ἑ. ἀ.*] In editionibus, quas vidi, hactenus omnibus *ἐπαντιτέλοιεν ἀήταις* est. Veram scripturam conservarunt quinque Codices, nisi quod in Par. B. esset *ἐπαντέλοιεν*. Laurent. etiam pro *ἀήταις ἄηται*, quemadmodum et Par. A. B. *ἀῆται*. Margo Par. A. habebat *ἀήταις*. *Dausqueius* duplici via succurrere conatus est, vel legendo *ἐπαντέλλοιεν*, vel *ἐπιθολόοιεν ἐθείρας*. Prius sine dubio praeferendum.

v. 231. *ναετήρων*] Voss. *ναετείρων*.

v. 233. *διεμέτρεεν*] Elegans usus verbi *διαμετρεῖν*, metaphora desumta ab accurata et recte librata mensura. Simplex *μετρεῖσθαι* simili fere sensu adhibuit *Sophocles* Aiac. v. 5.

Καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,
Πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
Ἴχνη τἀκείνου νεοχάραχθ'.

Scholiasta: Μετρούμενον. ἀριθμοῦντα, ζητοῦντα, ἀκολουθοῦντα τὰ ἴχνη τὰ ἐκείνου. Sol etiam eleganter dicitur *ἀναμετρεῖσθαι γῆν* apud *Heraclidem* Alleg. Homer. p. 469. *ἡλέκτωρ δὲ δυοῖν θάτερον ἢ ἥλεκτρος ὁ θεὸς ὀνομάζεται μηδέποτε κοίτης ἐπιψαύων, ἢ τάχα πιθανώτερον ἐπιελέκτωρ τις ὢν καὶ κυκλοτερεῖ φορᾷ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀναμετρούμενος τὸν κόσμον.* Legendum puto: *ἢ τάχα πιθανώτερον ἔτι ἑλίκτωρ τις ὢν κ. τ. φ.* —.

v. 235. *Καρνείοιο*] Apollo, non Hyacinthus, *Carnaeus* dicitur. Vel itaque *Coluthus* erravit, vel Interpretes, qui *Καρνείοιο* pro epitheto Hyacinthi ceperunt. Potest forte Hyacinthus hic dici *Καρνείον*, quippe Apollinis amasius, ut distingueretur ab aliis eiusdem nominis, de quibus in Animadversionibus.

v. 235. *παραγνάμψας*] Laur. *παραγγνάψας*. Par. B. *παρανάψας*.

v. 236. *Ὃν ποτε*] Laur. *οὔποτε*.

Δῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, μὴ Διῒ Λητὼ
Σκυζομένη, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν· αὐτὰρ Ἀπόλλων
Οὐκ ἐδάη Ζεφύρῳ ξηλήμονι παῖδα φυλάσσων·
Γαῖα δὲ δακρύσαντι χαρισσαμένη βασιλῆϊ
Ἄνθος ἀνηέξησε παραίφασιν Ἀπόλλωνι,
Ἄνθος ἀριζήλοιο φερώνυμον ἠβητῆρος.
Ἤδη δ' ἄγχι δόμοισιν ἐπ' Ἀτρείδαο μελάθροις
Ἵστατο θεσπεσίῃσιν ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν.
Οὐ Διῒ τοῖον ἔτικτεν ἐπήρατον νἷα Θυώνη.
Ἰλήκοις, Διόννσε, καὶ εἰ Διὸς ἐσσὶ γενέθλης.
Καλὸς ἦην κἀκεῖνος ἐπ' ἀγλαΐῃσι προσώπου.
Ἡ δὲ φιλοξείνων θαλάμων κληῖδας ἀνεῖσα
Ἐξαπίνης Ἑλένη μετεκίαθε δώματος αὐλήν·

v. 237. ἠγάσσατο] In Par. B. ἠγήσατο et Ἀμηκλαίων. Mox Voss. δὴ Διῒ Λητὼ. De corruptissimo loco in Animadvers. dicam, ubi emendo:

Ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
Δῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο δηΐδ' ἀήτου
Σκυζομένου, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν.

v. 238. Σκυζομένη] Recte *Aldus* distinxit post σκυζομένη, quod plerique neglexerunt haec cum seqq. coniungenda rati.

v. 239. Ζεφύρῳ ζηλήμονι] Antiqua scriptura est Ζεφύρῳ καὶ ζηλήμονα. *Portus* pro eo dedit Ζεφύρῳ ζηλήμονα, et sic sensum aeque imperfectum reliquit. Adstipulantur tres Codd., Ambros. Par. A. B. Multo rectius vir d. ad Ald. Ed., *Falkenburgius* et *Brodaeus* Ζεφύρῳ ζηλήμονι, quomodo etiam *Stephanus* edidit. Recte. Ceterum *Ovidius* simili ratione *puerum* vocat Met. x. 186.

—— *expalluit aeque*
Ac puer ipse deus collapsosque erigit artus.

Et sic puer et παῖς saepe apud alios pro *amasio* ponuntur.

v. 240. χαρισσαμένη] Par A. χαρισαμένη.

v. 241. ἀνηέξησε] Scripsi ἀνηέξησε, cum in vulgatis esset ἀνηνέξησε, quod miror quo nomine adeo cunctis editoribus et interpretibus placuerit. Pro ἀνηέξησε quatuor Codd., Laur. Ambr. Par. A. et B., stant. In A. tamen margine ἀνηνέξησε. De his sic cl. *D'Orvillius: Occurrere αὐέξω nescio, unde tamen hoc vocabulum. Sed legendum censui, nunc a Codice firmatum vidi* ἀνηέξησε. *Per dialysin sane ab* ηὔξησε *posset legi* ἀνηὔξησε. *Sed talia mihi non facile probantur. In* ἀνηὔτησε *et similibus aliter se res habet.*

v. 243. ἄγχι δόμοισιν] ἄγχι δόμοισιν et ἐπὶ μελάθροις vel, ut vir doctus ad Ald. Ed. emendaverat, ἐπὶ μελάθρων idem fere dicit nec facile coniungendum videtur. Duplici via medela in promtu est. Vel enim legi posset:

Ἤδη δ' ἀγχιδόμοισιν ἐπ' Ἀτρείδαο μελάθροις.

vel:

Populus Amyclaeorum, admiratus est pugnam Zephyri
Indignantis illumque adduxit: verum Apollo
Ignorabat, se Zephyro aemulo amasium asservare:
Terra igitur ploranti gratificata regi
Florem eduxit solatium Apollini,
Florem nomine praeclari iuvenis insignitum.
Iam autem prope aedes Menelai
Accesserat admiranda formae gratia insignis.
Non utique talem filium amabilem Iovi peperit Semele.
Ignoscas, Bacche, etsi sis ab origine Iovis.
Erat et ille egregia forma praeditus.
Helena autem, hospitalium aedium foribus reseratis,
Statim atrium aedificii transiit:

Ἤδη δ' ἄγχι δρόμοισιν ἐπ' Ἀτρείδαο μελάθροις.

Et sic per *δρόμοι* in plurali intelligendus est *δρόμος* apud Lacedaemonios, de quo consulendus *Pausanias* Lib. III. Cap. XIV. p. 241. Ne autem dubites, quin Menelai aedes prope hunc dictum *Dromum* fuerint, en *Pausaniae* verba de situ ipsius domus libro citato p. 242. *Τοῦ Δρόμου δὲ ἐκτὸς κατὰ τοῦ Ἡρακλέους τὸ ἄγαλμά ἐστιν οἰκία τὰ ἐφ' ἡμῶν ἰδιώτου, Μενελάου τὸ ἀρχαῖον. Extra Dromum prope Herculis signum domus est nunc privati hominis, olim Menelai.*

v. 245. *Θυώνη*] Voss. Laur. Par. A. B. *Θοώνη*.

v. 246. *Ἰλήκοις*] *Apollonii* vestigia forte legit L. II. 710.

Ἰλήκοις· ἀλεί τοι ἄναξ ἄτμητοι ἔθειραι,
Διὶ ἐν ἀδήλητοι.

Ambros. Cod. *ἠλήκοις*.

Ibid. *καὶ εἰ Διὸς ἐ. γ.*] Sic fere v. 274.

—— *εὐάδινος ὑπὸ Κρονίδαο γενέθλης.*

Anthologia Lib. I. Cap. XLI. Epigr. 1. 3.

Οἰκτείρω σέο κάλλος, ἐπεὶ Διὸς ἐσσὶ γενέθλης.

Sic scribendum, non *γενέθλυς*. Convenit fere *Apollon. Rhod.* L. II. 522.

—— *τοίπερ τε Λυκάονός εἰσι γενέθλης.*

v. 247. *κἀκεῖνος*] Ambros. *καὶ ἐκεῖνος*.

Ibid. *ἐπ' ἀγλαΐῃσι προσώπου*] Vid. antea v. 85.

v. 248. *κληΐδας*] Ald. Neandr. *κληΐδος*. Sic Voss. Laur. in Ambr. *κληῖδος*. *Brodaeus* recte *κληΐδας*, quod *Stephanus* in textum recepit. Consentiunt Par. A. et B. [Correxi *κληΐδας*. *G. H. S.*]

v. 249. *μετεκίαθε*] Sic Hom. Il. *A.* 713.

Ἀλλ' ὅτε πᾶν πεδίον μετεκίαθον, ἄμμι δ' Ἀθήνη
Ἄγγελος ἦλθε.

Schol. conferendus, ut et *Hesychius* in voc. Pro *insequi* Il. II. 685.

Τρῶας καὶ Λυκίους μετεκίαθε καὶ μέγ' ἀάσθη.

Conf. Il. *Σ.* 532. Odyss. *A.* 22. et alibi.

Καὶ θαλερῶν προπάροιθεν ὀπιπτεύουσα θυράων,
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησε, καὶ ἐς μυχὸν ἤγαγεν αὐλῆς,
Καί μιν ἐφεδρήσσειν νεοπηγέος ὑψόθεν ἕδρης
Ἀργυρέης ἐπέτελλε, κόρον δ' οὐκ εἶχεν ὀπωπῆς,
Ἄλλοτε δὴ χρύσειον ὀϊσσαμένη Κυθερείης
Κοῦρον ὀπιπτεύειν θαλαμηπόλον· ὀψὲ δ' ἀνέγνω,
Ὡς οὐκ ἔστιν Ἔρως· βελέων δ' οὐκ εἶχε φαρέτρην·
Πολλάκι δ' ἀγλαΐῃσιν ἐϋγλήνοιο προσώπου
Παπταίνειν ἐδόκευε τὸν ἠμερίδων βασιλῆα.
Ὀψὲ δὲ θαμβήσασα τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
Ξεῖνε, πόθεν τελέθεις; ἐρατὸν γένος εἰπέ τε πάτρην.
Ἀγλαΐην μὲν ἔοικας ἀριζήλῳ βασιλῆϊ·
Ἀλλὰ τεὴν οὐκ οἶδα παρ' Ἀργείοισι γενέθλην.
Οὐ Πύλον ἠμαθόεσσαν ἔχεις, Νηλήϊον οὖδας·
Ἀντίλοχον δεδάηκα, τεὴν οὐκ εἶδον ὀπωπήν·
Οὐ Φθίην χαρίεσσαν ἀριστήων τροφὸν ἀνδρῶν·
Οἶδα περικλήϊστον ὅλον γένος Αἰακιδάων,
Ἀγλαΐην Πηλῆος, ἐϋκλείην Τελαμῶνος,
Ἤθεα Πατρόκλοιο καὶ ἠνορέην Ἀχιλῆος.
Τοῖα πόθῳ ποθέουσα λιγύθροος ἔννεπε νύμφη.
Αὐτὰρ ὁ μειλιχίην ἠμείβετο γῆρυν ἀνοίξας·

v. 250. *ὀπιπτεύουσα*] Sic optime Aldina, Neand. et Ubel. Consentiunt Cod. Voss. et Laur. In Par. A. B. *ἐπιπτεύουσα*. Multo deterius Ambros. *ἐπιστένουσα* *Stephanus* eumque secuti *Lectius* et *Portus* unde hauserint *ἐποπτεύουσα*, equidem ignoro.

v. 252. *ἐφεδρήσσειν*] Idem verbum vidimus antea iam versu 68., ubi conferenda cum hoc loco, quae notavit cl. *D'Orville*. Cum tamen varient MSS., non facile inauditum hoc verbum *Colutho* obtruderem. In Par. enim A. et B. per simplex σ *ἐφεδρήσειν* scribitur, quemadmodum supra *ἐφεδρήσοντα*, non *ἐφεδρήσσοντα*. Donec itaque occurrat forma *ἐφεδρήσσειν*, malo *ἐφεδρίζειν* vel *ἐφεδρίσσειν* reponere.

v. 253. *Ἀργυρέης ἐπέτελλε*] Voss. *ἀργυρέος ἐπίτελλε*.

v. 254. *Ἄλλοτε*] *Dausqueium* secutus sum, qui merito pro *ἀλλ' ὅτε*, quod in omnibus libris erat, emendavit *ἄλλοτε*. Respondet enim *πολλάκι*.

v. 256. *εἶχε φαρέτρην*] Voss. *οἶδε*. Ambros. Par. A. et B. *εἶδε*, quod unice placet.

v. 260. *εἰπέ τε πάτρην*] Aldin. Neandr. Ubel. *εἰπὲ καὶ πάτρην*, quam lectionem tuetur erudit. *Schraderus* Animadv. ad *Musaeum* p. 305. Metro succurrere conati sunt *Dausqueius* et vir do-

Et ante pulchras fores circumspectans,
Ut vidit, ut animadvertit, eumque in conclave duxit,
Et sedi argenteae recens adpositae
Insidere iussit videndoque oculos explere non potuit,
Modo aureum Veneris filium cubicularium
Videre se putans, donec tandem cognovit,
Non esse Cupidinem: neque enim pharetram vidit:
Saepe etiam ob faciei elegantis pulchritudinem
Vitium regem se spectare existimabat:
Donec tandem admirabunda in haec verba erupit:
Hospes, unde venisti? dic mihi genus tuum et patriam.
Pulchritudine quidem praeclaro regi similis es:
Verum genus tuum inter Graecos non novi.
Non certe Pylum arenosam, terram Neleïam, incolis,
Non Phthiam amabilem, praeclarorum virorum altricem.
Novi Antilochum, at tuam faciem nunquam vidi:
Novi celeberrimum Aeacidarum genus,
Pulchritudinem Pelei, gloriam Telamonis,
Indolem Patrocli et fortitudinem Achillis.
Ita arguta nympha, desiderio incensa, locuta est.
Paris vero blanda voce illam excepit:

ctus ad Ald. Edit. legendo εἰπὲ πάτρην τε. Aliter paulo *Falkenburgius* εἰπὲ δὲ πάτρην. Melius arbitror sese habere, quod *Stephanus* dedit εἰπέ τε πάτρην, idque lubens arripui, eo magis, quod huic sententiae etiam faveret cl. *D'Orvillius*. Ita enim ad illa εἰπέ τε πάτρην: *Hoc*, inquit, *malim, quam* πάτρην τε. εἰπὲ καὶ ἡμῖν *Cod.: unde turbatum dudum in hoc versiculo fuisse adparet.* Imo εἰπὲ καὶ ἡμῖν non tantum in Laurent., sed etiam quatuor Cod. reliquis, quae lectio licet aliquo saltem modo defendi posset, tamen alteram malui.

v. 263. ἠμαθόεσσαν] Epitheton rursus *Homericum*. Vid. Il. *I.* 153. 295. Odyss. *A.* 93. et alibi. Sic et Νηλήϊον. Vid. supra ad vers. 215.

v. 265. Οὐ Φθίην] Hic versus si non transponendus, quod ad structuram saltem pendet ab ἔχεις versu 263.

v. 268. ἠνορέην Ἀχιλῆος] Cod. Ambros. οἰνορίην.

v. 270. ἀνοίξας] *Brodaeus* et *Neander* voluerunt οἴξας pro ἀνοίξας. Male. *Tryphiodorus* Ilii Excid. v. 115.

Ἄφνω δ' ἀενάων ἐπέων ὠδῖνας ἀνοίξας
Δεινὸν ἀνεβρόντησε.

Εἴ τινά που Φρυγίης ἐνὶ τέρμασι γαῖαν ἀκούεις,
Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,
Εἴ τινά που πολύολβον ἐνὶ Τροίῃ βασιλῆα
Ἔκλυες εὐώδινος ὑπὸ Κρονίδαο γενέθλης,
Ἔνθεν ἀριστεύων ἐμφύλια πάντα διώκω.
Εἰμὶ, γύναι, Πριάμοιο πολυχρύσου φίλος υἱός·
Εἰμὶ δὲ Δαρδανίδης· ὁ δὲ Δάρδανος ἐκ Διὸς ἦεν.
Ἔνθεν ἀπ' Οὐλύμποιο θεοὶ ξυνήονες ἀνδρῶν
Πολλάκι θητεύουσι καὶ ἀθάνατοί περ ἐόντες·
Ὧν ὁ μὲν ἡμετέρης δωμήσατο τείχεα πάτρης,
Τείχεα μὴ πίπτοντα, Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.
Αὐτὰρ ἐγὼ, βασίλεια, δικασπόλος εἰμὶ θεάων,
Καὶ γὰρ ἀκηχεμένῃσιν ἐπουρανίοισι δικάζων
Κύπριδος ἀγλαΐην καὶ ἐπήρατον ἧνεσα μορφήν.
Ἡ δὲ περικλήϊστον, ἐμῶν ἀντάξιον ἔργων,
Νύμφην ἱμερόεσσαν ἐμοὶ κατένευσεν ὀπάσσαι,

et propius ad nostram ῥῆσιν v. 475.

Μοῦνος ἀμοιβαίην ἠμείβετο γῆρυν ἀνοίξας.

Quae ex eodem fonte hausta videntur, nisi potius nostrum ex ipso *Tryphiodoro* desumsisse credas.

v. 271. τέρμασι] In editis omnibus τέρμασι. Contra in Codd. πείρασι. Utrumque dicitur.

v. 274. Ἔκλυες εὐώδινος] Ambros. ἔκχεες.

Ibid. εὐώδινος] Ald. εὐώδιον. Sic Neandr. Cod. Voss. et Par. A. εὐωδῖνος scribendum, dudum monuere *Falkenburgius*, *Brodaeus*, *Dausqueius*, *Neander* et vir d. ad Ald. Ed., qui insuper adleverat ἀπὸ Κρονίδαο, quod minus probo. *Brodaeum* sequuntur *Stephanus*, *Lectius* et *Portus*. Idem merito adoptavit *Ubelus*. Emendationem iuvant Codices tres, Par. B. Ambros. Laurent., ubi εὐώδινος. [Sic dedi. Lennepianum enim εὐωδῖνος ab accentu laborat. *G. H. S.*] Εὐωδὶν simili modo *Oppian.* Cyn. III. 19.

—— καὶ ῥιγεδανὸν θοὸν ἅρμα
Ῥείης εὐωδῖνος ὑπὸ ζεύγλῃσιν ἄγουσιν.

Confer doct. *Wesseling.* Probabil. Cap. XXIV. p. 206., cuius emendationi in *Maximo* Philos. libenter subscribo.

v. 275. ἐμφύλια π. διώκω] Recte locum ceperunt *Brod. Neander* et vir d. ad Ald. Ed. vertentes *generis insignia.* Dicit enim Paris, se clarissimorum heroum facta imitando generis sui et parentum vestigiis insistere et in omnibus eos imitari. *Hesychius:* Ἐμφύλιον. συγγενικόν. Ἐμφύλιον αἷμα *cognatum sanguinem* dixit *Pindarus* Pythion. Od. II. 57. Contra ἔκφυλον *Hesychio* τὸ μὴ συγγενὲς, ἀλλόφυλον. Ἀλλόφυλον de brutis animantibus utitur *Achilles Tatius* Lib. I. pag. 59. Γίνεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑρπετοῖς ἄλλο ἔρωτος μυστήριον, οὐ τοῖς ὁμοιογενέσι

Si forte de terra in finibus Phrygiae fama ad te pervenerit,
Ilio, quam muris cinxerunt Neptunus et Apollo,
Si quem divitem in Troia regem
Novisti de foecunda Iovis progenie,
Inde omnia generis insignia moribus imitor.
Sum, o mulier, ditissimi Priami filius:
Sum Dardanides: Dardanus vero a Iove *est*.
Hinc de coelo dii inter homines versantes
Saepe, licet immortales sint, famulantur.
Ex illis sane patriae nostrae urbis moenia exstruxere,
Moenia non ruitura, Neptunus et Apollo.
Ceterum, o regina, dearum arbiter sum:
Quippe qui moestis ius dicens deabus
Veneris pulchritudinem formamque amabilem probavi.
Illa vero praeclaram meisque laboribus respondentem
Gratam puellam mihi daturam se promisit,

μόνον πρὸς ἄλληλα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις. *In serpentibus non solum eiusdem, sed etiam diversi generis, aliud amoris arcanum invenitur.*

v. 278. *θεοὶ ξυνήονες*] Communis omnium librorum editorum aeque ac manu exaratorum scriptura est *ξεινήονες*. Cum tamen vocabulum spurium sit, non Graecum, dubium non est, quin prono errore scriptum fuerit pro *ξυνήονες*; quod proinde, consentiente etiam clarissimo *D'Orvillio*, adoptavi. *Hesychius: Ξυνάονες. κοινωνοί.* Sic cum *Sopingio* legendum docet ordo literarum. Mox idem: *Ξυνήονες. κοινωνοί. Hesiodus* Theog. 595.

Ὡς δ' ὁπότ' ἐν σμήνεσσι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
Κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων.

v. 601.

Ὡς δ' αὔτως ἄνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης θῆκε ξυνήονας ἔργων
Ἀργαλέων ——.

v. 281. *Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων*] Legerat procul dubio noster *Hesiodi Ἡρωϊκὴν Γενεαλογίαν*, unde sequentia profert *Tzetzes* ad *Lycophronis* Cassandram vs. 393.

Ἤματι τῷ, ὅτε τεῖχος ἐΰδμητοιο πόληος
Ὑψηλὸν ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

v. 283. *ἐπουρανίοισι δ.*] Libri omnes *ἐπ' οὐρανίῃσι*. *Ubelus* malebat *ἐπουρανίῃσι*. Verum arbitror legendum *ἐπουρανίοισιν*. Vide, quae supra notavi ad versum 126.

v. 286. *ὀπάσσαι*] Laur. *ὀπάσας*.

Ἣν Ἑλένην ἐνέπουσι, κασιγνήτην Ἀφροδίτης·
Ἧς ἕνεκεν τέτληκα καὶ οἴδματα τόσσα περῆσαι.
Δεῦρο γάμον κεράσωμεν, ἐπεὶ Κυθέρεια κελεύει.
Μή με καταισχύνειας, ἐμὴν καὶ Κύπριν ἐλέγξῃς.
Οὐκ ἐρέω· τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σε διδάξω;
Οἶσθα γὰρ, ὡς Μενέλαος ἀνάλκιδός ἐστι γενέθλης.
Οὐ τοῖαι γεγάασιν ἐν Ἀργείοισι γυναῖκες·
Καὶ γὰρ ἀκιδνοτέροισιν ἀεξόμεναι μελέεσσιν
Ἀνδρῶν εἶδος ἔχουσι, νόθοι δ' ἐγένοντο γυναῖκες.
Ἔννεπεν· ἡ δ' ἐρόεσσαν ἐπὶ χθονὶ πῆξεν ὀπωπὴν
Δηρὸν ἀμηχανέουσα καὶ οὐκ ἠμείβετο νύμφη.
Ὀψὲ δὲ θαμβήσασα τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
Ἀτρεκέως, ὦ ξεῖνε, τεῆς ποτὲ τείχεα πάτρης,
Τὰ πρὶν ἐδωμήσαντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων,
Ἤθελον ἀθανάτων δαιδάλματα κεῖνα νοῆσαι
Καὶ νομὸν οἰοπόλοιο λιγύπνοον Ἀπόλλωνος,
Ἔνθα θεοδμήτοισι παρὰ προμολῇσι πυλάων

v. 289. *Δεῦρο γάμον κεράσωμεν, κ. τ. λ.*] *Coluthi* verba egregie illustrat *Ovidii* locus propterea dignus, qui adscribatur, Epist. xvi. vs. 279.

Parce datum fatis, Helene, contemnere amorem:
Sic habeas faciles in tua vota deos.
Multa quidem subeunt: sed coram ut plura loquamur,
Excipe me lecto, nocte silente, tuo.

vs. 295.

Nunc ea peccamus, quae corrigit hora iugalis,
Si modo promisit non mihi vana Venus.

v. 290. *Κύπριν*] Similiter *Apollon. Rhod.* i. 1233.

—— *τῆς δὲ φρένας ἐπτοίησεν*
Κύπρις, ἀμηχανίῃ δὲ μόγις συναγείρατο θυμόν.

Scholiasta: Κύπρις. τὸ ἐρωτικὸν πάθος. Adde *Manethon.* Lib. iii. Apotel. 179. Posses tamen etiam pro *Venere* capere illud *Κύπριν*; quam *suam* appellitat Paris, quia sub eius auspiciis potissimum Helenae nuptias ambiret inque illius Deae castris militaret.

v. 291. *ἐρέω*] Haec loco minus commodo collocata videntur. Post versum 288., ubi rei narratae finem imponit, optime meo iudicio collocari possent hoc modo:

Ἣν Ἑλένην ἐνέπουσι, κασιγνήτην Ἀφροδίτης·
Ἧς ἕνεκεν τέτληκα καὶ οἴδματα τόσσα περῆσαι.
Οὐκ ἐρέω· τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σε διδάξω;
Δεῦρο γάμον κεράσωμεν, ἐπεὶ Κυθέρεια κελεύει.

In his verbis transitus non inelegans. Imo sic multo melius intelligi poterit, quid versu 292.

Quam Helenam appellitant, sororem Veneris:
Cuius gratia tot maria superare sustinui.
Agedum, nuptias ineamus, quoniam Venus praecipit.
Ne me rubore perfundas meamque Venerem repre-
hendas.
Plura non addam: quid enim gnaram te illa doce-
rem?
Etenim nosti, genere imbelli Menelaum esse.
Non tales mulieres inter Graecos inveniuntur:
Deformioribus enim natae membris
Forma viros referunt et a ceteris mulieribus dege-
nerant.
Dixerat: at Helena lumina in terram defixit
Diu haesitans nec quidquam respondit.
Tandem vero admiratione perculsa talia verba dedit:
O hospes, profecto moenia patriae tuae urbis
Exstructa olim a Neptuno et Apolline,
Splendida illa deorum opera, videre desideravi,
Ut et pascua fragrantia Apollinis pastoris,
Ubi ante portas divina arte exstructas

Οἶσθα γὰρ, ὡς Μενέλαος ἀ. ἑ. γ.
voluerit: praecedit enim:
Μή με καταισχύνειας, ἐμὴν καὶ Κύπριν ἐλέγξῃς.
Quae si coniungantur, elegans Paridis et Menelai oppositio erit; quo nihil sane facit hic noster versiculus.

v. 294. *Καὶ γὰρ ἀ.*] Hic una cum sequente versu in Par. B. desideratur.

Ibid. *ἀκιδνοτέροισιν*] Male *Dausqueius* locum hunc cepit, qui ignorans *ἀκιδνοτέροισι μελέεσσιν* esse *minus pulchris* atque adeo *deformioribus membris*, ita interpretatur: *Etsi Lacaenis membra sint debiliora, quam viris, virorum tamen instar iis est.* Nec multo melius ei cessit, quam mox addit, coniectura, forte legendum *καὶ γὰρ ἀρειοτέροισιν*: hoc enim menti Poëtae plane contrarium.

v. 295. *νόθοι*] Ita fere *νόθος Achill. Tatius* adhibuit L. III. p. 177. *μέλανες δὲ τὴν χροιὰν, οὐ κατὰ τὴν Ἰνδῶν τὴν ἄκρατον, ἀλλ' οἷος ἂν γένοιτο νόθος Αἰθίοψ.* Imo ad res translate *Heliodorus* Lib. v. p. 245. lin. 32. *ὄνομα νόθον.* Adde *Aristaen.* L. I. Epist. x. p. 62.

v. 296. *ἐπὶ χθονὶ π. ὀ.*] Hemistichium desumtum ex *Musaei* v. 160.
Παρθενικὴ δ' ἄφθογγος ἐπὶ χθόνα πῆξεν ὀπωπήν.
ubi vide doctissimos editores, *Röverum* et *Schraderum.*

v. 303. *προμολῇσι*] Hactenus

Πολλάκις εἰλιπόδεσσιν ἐφέσπετο βουσὶν Ἀπόλλων.
Ἔρχεο νῦν Σπάρτηθεν ἐπὶ Τροίην με κομίζων.
Ἕψομαι, ὡς Κυθέρεια γάμων βασίλεια κελεύει.
Οὐ τρομέω Μενέλαον, ὅτε Τροίη με νοήσῃ.
Τοίην συνθεσίην καλλίσφυρος ἔννεπε νύμφη.
Νὺξ δὲ πόνων ἄμπαυμα μετ' ἠελίοιο κελεύθους
Ὕπνον ἐλαφρίζουσα μετήορον ὤπασεν ἠῶ
Ἀρχομένην, δοιὰς δὲ πύλας ὤϊξεν ὀνείρων,
Τὴν μὲν ἀληθείης, κεράων ἀπελάμπετο κόσμῳ,

editores omnes *προβολῆσι πυλάων*. Ego verò Codicum auctoritate fretus temperare mihi non potui, quin certissimam emendationem *προμολῆσι* in textum reciperem. Dissentiunt quidem leviter Codices. In Voss. enim *προμολῆσι*. Pro eo rectius in Par. A. *προμολῆσι*. Laur. *προμηλῆσι*, et corruptius adhuc in Ambr. *προμηχῆσι*. In omnibus tamen verae lectionis manifesta rudera. Locutionem nostram *ἐπὶ προμολῆσι πυλάων* in clara luce collocant *Scholiastae* verba ad *Apollon. Rhod.* Lib. I. vs. 1174, ubi inter alia, *λέγονται δὲ*, inquit, *προμολαὶ καὶ τὰ ἐξώπυλα μέρη, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς πρώτοις φησί·*

Στῆ δ' ἄρ' ἐπὶ προμολῆς, οἱ δ' ἀντίοι ἠγερέθοντο.

Apollonii hicce versus prostat Libr. I. vs. 320. ubi eo, ut scripsi, modo legitur.

v. 305. *Ἔρχεο*] Priscarum editionum et Cod. Par. A. B. et Voss. scriptura ἄγρεο est. Laur. ἔγρεο. Existimavi aliquando, legendum *ἄγρει*, qua in re consentientem vidi cl. *D'Orvillium*. *Conieceram*, inquit, *ἔγρεο, cui adstipulatur Codex: quod licet proprie ad dormitantem referatur, excitandis et aliis inservire posse videtur. Nunc pene malim:*

Ἄγρει νῦν Σπάρτηθεν ἐπὶ
Τροίην με κόμισσον.

ἄγρει quem usum habeat apud principem poëtam, notius. Favet huic coniecturae Cod. Voss. ubi *κόμισον*. In Par. A. marg. *κόμισσον*. Cum tamen in Ambros. Cod., ceteroquin non optimo, legatur *ἔρχεο*, quin haec vera sit lectio, non dubito. Verbum *ἔρχεσθαι* similiaque eleganter cum participiis hoc modo construi notum.

v. 306. *γάμων βασίλεια*] Veram scripturam, quae in nonnullis editionibus desiderabatur, ubi *γάμον*, revocavi ex Aldina ceterisque priscis libris. Consentiunt Cod. Voss. et Laurent. Ceterum cum *Colutho* rursus fere *Ovidius* convenit Heroid. Ep. XVII. 131.

Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas:
Proxima, me visam praemia summa tibi.

v. 307. *τρομέω*] In Vossiano *τρυμέω*. In reliquis Codicibus MSS. *τρομέω*.

Ibid. *ὅτε Τροίη με νοήσῃ*] Antiqua scriptura, quae in omnibus impressis conspicitur, est *ὅτ' ἐν Τροίῃ με νοήσῃ*. Sic etiam Cod. Laurent. Cum vero in reliquis quatuor Codicibus legatur *ὅτε Τροίῃ με νοήσῃ*, pro quo rectius in Voss. *ὅτε Τροίη μ. ν.*, parum de altera scriptura sollicitus sum, nec dubito, quin a malis correctoribus, dicam cor-

Saepe boves vatias pascebat Apollo.
Age dum, Sparta me Troiam duc.
Sequar, quemadmodum Venus nuptiarum praeses vult.
Non sane metuo Menelaum, cum me Troia viderit.
Talem conditionem pulcherrima nympha iniit.
Nox vero labores finiens post solis vias
Somnum allevans exhibuit iam Auroram
Orientem et binas somniorum portas aperuit,
Hanc veritatis, quae corneo splendebat ornatu,

ruptoribus, ortum ducat. Qui itaque genuinam manum desideret, is quantocius, ut scripsi, ὅτε Τροίη με νοήσῃ reponat. Noster antea v. 163.

Νυμφίον ἀθρήσει σε μετὰ Τροίην Λακεδαίμων.

ubi locutio germana fere. Verbum ὄσσομαι simili modo *Homerus* de mari adhibuit Il. Ξ. 17.

Ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ
Ὀσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα.

Sic *Propertius* de ventis Lib. III. Elegia v. 71.

At tu, saeve Aquilo, nunquam mea vela videbis.

v. 309. ἠελίοιο κελεύθους] Elegantem usum vocis κέλευθος obiter observa. Similiter *Apollon. Rhod.* I. 1. 500.

Ἄστρα σεληναίη τε καὶ ἠελίοιο κέλευθοι.

Μήνης κέλευθοι apud eundem Lib. III. 533. Sic passim obvium ἀνέμων κέλευθα, ut *Homer.* Il. O. 620. et alibi. Ὑγρὰ κέλευθα *Orpheus* Argon. 1099. pro mari:

—— *σὺν δ' ἕσπετο ποντοπόρος νηῦς*
Τέμνουσ' ὑγρὰ κέλευθα παρὰ ξυστοῖς κροκάλοισιν.

Paulo aliter *Apollon. Rhod.* Lib. II. 630.

—— *στυγέων μὲν ἁλὸς κρυόεντα κέλευθα*
Νηῒ διαπλώειν, στυγέων δ', ὅτ' ἐπ' ἠπείροιο
Βαίνομεν. πάντη γὰρ ἀνάρσιοι ἄνδρες ἔασιν.

Lege βαίνωμεν.

v. 310. ἠῶ] Priscae Edd. ἠὼς Ἀρχομένη. Codices praeter Ambros. omnes ἠῶ. In Laur. tamen mutato accentu ἠὼ. In priori scriptura consentiunt *Brodaeus*, *Falkenburgius*, *Neander* et *Ubelus*, qui ἠῶ ἀρχομένην in textum intulit. Idem adscripserat vir d. ad Ald. Ed. nec dissentit cl. *D'Orville*. Hanc proinde scripturam, ut certissimam manum *Coluthi*, in textum invehere nullus dubitavi. Videtur quidem paulo durior locutio, qua nox ὀπάσαι ἠῶ dicatur, sed talia in *Colutho* et huiusce generis aliis poëtis ubique obvia, nec est, cur quemquam offendant. Ad intellectum loci facit *Eust.* ad *Hom.* Il. B. p. 129. l. 30. οἱ πρὸς τὴν ἠῶ ὄνειροι μᾶλλον ἀληθεῖς, ὡς ἤδη πεττομένων τῶν σιτίων καὶ τοῦ λογιστικοῦ νήφοντος.

v. 312. Τὴν μὲν] Laur. τῇ μὲν.

Ibid. κεράων] Sic scripsi, praeeuntibus *Brodaeo*, *Falkenburgio*, *Neandro* et viro d. ad Ald. Ed. aliisque. Pessima in Aldina et plerisque aliis scriptura erat περάων. In Voss. Par. B. et margine Par. A. est κεράων.

Ἔνθεν ἀναθρώσκουσι θεῶν νημερτέες ὀμφαὶ,
Τὴν δ' ἐλεφαντίνην, κενεῶν θρέπτειραν ὀνείρων.
Αὐτὰρ ὁ ποντοπόρων Ἑλένην ἐπὶ σέλματα νηῶν
Ἐκ θαλάμων ἐκόμισσε φιλοξείνων Μενελάου,
Κυδιόων ὑπέροπλον ὑποσχεσίῃ Κυθερείης,
Φόρτον ἄγων ἔσπευδεν ἐς Ἴλιον ἰωχμοῖο.
Ἑρμιόνη δ' ἀνέμοισιν ἀποῤῥίψασα καλύπτρην
Ἰσταμένης πολύδακρυς ἀνέστενεν ἠριγενείης,
Πολλάκι δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοσθε λαβοῦσα
Ὀξύτατον βοάουσα τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
Παῖδες, πῆ με λιποῦσα πολύστονος ᾤχετο μήτηρ,
Ἦ χθιζὸν σὺν ἐμοὶ θαλάμων κληῖδας ἑλοῦσα
Ἔδραθεν ὑπνώουσα καὶ ἐς μίαν ἤλυθεν εὐνήν;
Ἔννεπε δακρυχέουσα, συνωδύροντο δὲ παῖδες·
Ἀγρόμεναι δ' ἑκάτερθεν ἐπὶ προθύροισιν ἐρύκειν
Ἑρμιόνην στενάχουσαν ἐπειρήσαντο γυναῖκες·
Τέκνον ὀδυρομένη, γόον εὔνασον. ᾤχετο μήτηρ.

Ibid. κεράων ἀπελάμπετο κόσμῳ] Recte subolfecit *Brodaeus*, articulum ἡ hic reticeri, ut nempe referatur ad πύλη. Malo tamen addita particula δὲ legere:

Τὴν μὲν ἀληθείης, κεράων δ' ἀπελάμπετο κόσμῳ.

Callimachus simili fere modo Hymn. in Dian. 102.

—— κεράων δ' ἀπελάμπετο χρυσός.

Ceterum distinctionem post ἀληθείης, quae in prioribus edd. desiderabatur cum iactura sensus, addi curavi. Errant autem Interpretes *Coluthi*, qui κόσμον pro *mundo*, ut apud Astronomos notum, ceperunt.

v. 314. ἐλεφαντίνην] In omnibus libris hic versus ita legitur:

Τὴν δὲ δολοφροσύνης, κενεῶν θρέπτειραν ὀνείρων.

Cum tamen in Par. A. Τὴν δ' ἐλεφαντίνης et rectius in Voss. ἐλεφαντίνην legatur, hoc, ut certissimam *Coluthi* manum, tuto in textum invehi posse censui. Ut autem haec lectio omnis dubitationis expers fiat, fontem, unde sua derivarit *Coluthus*, aperiam. Ita enim praeivit *Homerus* Od. *T.* vs. 562.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.
Τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
Οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες·
Οἳ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
Οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται.

Homeri verba expressit fere *Maro* Aen. VI. vs. 894. Confer *Horatium* Carmin. Lib. III. Od. XXVII. vs. 40. Quibus adde Epigrammatis partem ex *Anthologia* Lib. III. Cap. XXV. Epigr. 46.

Qua veracibus deorum vocibus exitus pateat,
Illam vero eburneam, unde falsa somnia prodeunt.
Ceterum Paris velocibus navibus Helenam
Ex aedibus hospitalibus Menelai abripuit,
Et Veneris dono supra modum elatus
Belli onus ad Ilium festinanter abduxit.
At vero Hermione ventis velamen abiiciens
Prima luce lacrimabunda ingemuit,
Et saepius comitibus extra aedes vocatis
Magno clamore has voces edidit:
Famulae, quo abiit mater me gemebundam relinquens,
Quae heri mecum, aedium clavibus acceptis,
Dormitum abiit eundemque lectum petiit?
Sic lacrimans locuta est, unaque lugebant ancillae,
Quae ante fores congregatae cohibere
Hermionen gemiscentem tentabant.
Filia gemebunda, desine lugere. Abiit mater.

Ὦ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ,
Ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς.

v. 317. *Κυδιόων*] Haud invitus equidem viri docti ad Ald. Ed. sententiae subscribo, post *κυδιόων* interponentis δ'. *Κυδιόων δ' ὑπέροπλον ὑ. Κ.*

v. 318. *Φόρτον*] Non video, quid moverit *Portum* ad vulgatum *φόρτον* in *φέρτρον* mutandum, cum *φόρτον* omnino sit retinendum, nec ullus voci *φέρτρον* hic locus.

v. 321. *ἔκτοσθε λαβοῦσα*] Fuit, cum scribendum crederem *καλοῦσα*, quod etiam viro docto ad Ald. Ed. obversabatur olim. *Dausqueii ἔντοσθε* scribentis coniectura menti Poëtae adversatur.

v. 322. *βοάουσα τόσην ἀ. φ.*] Par. A. et B. *βοῶσα τόσσην.*

v. 323. *πολύστονος*] Si in vulgata acquiescendum, *πολύστονος μήτηρ* dici videtur Helena ob tot mala et luctus, quorum causa unica erat. *Homerus* Il. *Α.* 445.

Ὅς νῦν Ἀργείοισι πολύστονα κήδε' ἐφῆκεν.

Scholiasta, nec non *Hesychius πολύστονα πολλῶν στεναγμῶν αἴτια* interpretantur. Concinnior vero scriptura erit:

Παῖδες, πῆ με λιποῦσα πολύστονον ᾤχετο μήτηρ.

V. 339.

Τοῖα δὲ δακρύσασα πολύστονος ἔννεπε κούρη.

Sic in genere *tristem* denotat. *Apollon. Rhod.* L. II. 1260.

Ληρὸν δ' οὐ μετέπειτα πολύστονον ἄϊον αὐδήν.

v. 327. *προθύροισιν*] Laur. Cod. *προθύρῃσιν.*

v. 329. *γόον εὔνασον*] Con-

Νοστήσει παλίνορσος, ἐπεὶ κλαίουσαν νοήσει.
Οὐχ ὁράας; γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαὶ,
Πυκνὰ δὲ μυρομένης θαλεραὶ μινύθουσιν ὀπωπαί.
Ἦ τάχα νυμφάων ἐς ὁμήγυριν ἀγρομενάων
Ἦλυθεν, ἰθείης δὲ παραπλάζουσα κελεύθου
Ἵσταται ἀσχαλόωσα καὶ ἐς λειμῶνα μολοῦσα
Ὡράων δροσόεντος ὑπὲρ πεδίοιο θαάσσει·
Ἦ χρόα πατρῴοιο λοεσσαμένη ποταμοῖο
Ὤιχετο καὶ δήθυνεν ὑπὲρ Εὐρώταο παρ' ὄχθαις.
Τοῖα δὲ δακρύσασα πολύστονος ἔννεπε κούρη·
Οἶδεν ὅρος, ποταμῶν ἐδάη ῥόον, οἶδε κελεύθους
Ἐς ῥόδον, ἐς λειμῶνα. τί με φθέγξασθε, γυναῖκες;

iungendum γόον εὖνασον. *Homer.* Odyss. Δ. 758.

Ὣς φάτο· τῆς δ' εὖνησε γόον, σχέθε δ' ὄσσε γόοιο.

v. 330. παλίνορσος] Laur. παλίνορσον.

Ibid. ἐπεὶ κλαίουσαν νοήσει] Omnium fere librorum aeque manu exaratorum atque typis impressorum constans scriptura est ἐπεὶ κλαίουσαν νοήσει. Vir d. ad Ald. Ed., *Neander* et *Brodaeus* quique id in textum receperunt doctissimus *Stephanus*, *Lectius* et *Portus* scribendum voluerunt ἐπεὶ κλαίουσαν οἴσει. Quod satis recte factum videri posset, ut adeo mirum non sit, qui illud deosculatus fuerit vir summus *Iac. Phil. D'Orville*, cuius ecce notam: Οἴσει, inquit, *recte credo emendatum. Hesychius:* Οἴσατο, ἐνόησε. *Nam ut legamus νώσῃ a γλαφυρίᾳ Coluthi alienum. Quamvis id omnino probem in Callimachi Hymno in Iovem a magno Bentleio restitutum.* Videri posset et huic emendationi favere Cod. Ambros., quippe in quo nulla a Stephaniana notetur differentia. Cum tamen collatio, ut iam alias monui, minus fidelis videatur et in reliquis scriptis libris sine ulla scripturae mutatione retineatur ἐπεὶ κλαίουσαν νοήσει, parum hac in parte fidei habendum huic collationi reor. Paulo aliter tentavit *Falkenburgius*, qui mendam non in νοήσει, sed in κλαίουσαν quaerens scribendum existimavit κλαίουσα νοήσει. Si tamen paulo accuratius locum considerasset, facile vidisset, hanc scripturam a *Colutho* alienam esse. Hermiones enim, non vero Helenae, partes hic erant plorare. Vel itaque in priori emendatione ἐπεὶ κλαίουσαν ὀΐσει acquiescendum, vel, quod aliquando conieceram ob defectum voculae admodum necessariae σε, ἐπεὶ κλαίειν σε νοήσει scribendum.

v. 332. Πυκνὰ] In Voss. πίκρα, pro quo si, accentu mutato, legas πικρὰ δὲ μυρομένης, sensus non inelegans evadet. Πικρὸν δάκρυον *Homer.* Odyss. Δ. 153.

—— αὐτὰρ ὁ πικρὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβε
Χλαῖναν πορφυρέην ἀντ' ὀφθαλμοῖϊν ἀνασχών.

Adde e multis unicum *Lucae* locum Evangel. c. XXII. 62. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Πέτρος ἔκλαυσε πι-

Redibit, cum te plorare cognoverit.
Nonne vides, quantum prae luctu subsidant genae,
Quantumque continuo fletu vigentes absumantur oculi?
Aut fortasse ad nympharum coetum
Abiit rectaque aberrans via
Tristis incedit et ad pratum gressa
Horarum roscido super campo sedet
Aut patrio fluvio corpus ablutum
Abiit et moratur ad Eurotae ripas.
Talia vero cum gemitu loquebatur tristissima puella:
Novit montem et fluviorum fluxus, neque latet via
Ad rosetum et pratum. Quid loquimini, feminae?

κρῶς. Vulgatam tamen rectius et loco convenientius sese habere censeo.

v. 335. *καὶ ἐς λειμῶνα*] Haec plerorumque Codicum et editorum librorum scriptura est. In aliis erat *καὶ εἰς λ.*

v. 337. *Ἡ χρόα πατρῴοιο*] Voss. Cod. *πατρώοιο*. Pro eo in Aldin. et aliis quibusdam *πατρωΐοιο*. Cum Aldina consentit Cod. Laur.

v. 338. *δήθυνεν ὑπὲρ Εὐρ. π. ὄ.*] Ita in antiquis libris reperire licet hunc versum. Mendosam scripturam habent praeterea Cod. Voss. Laur. Par. A. B. In Edd. *Stephan. Lectii* et *Porti καὶ δήθυνεν Ἐϋρώταο παρ' ὄχθαις*. *Stephano* praeivit *Brodaeus*, nec dissentiunt vir d. ad Ald. Ed., *Falkenburgius*, *Neander* et *Ubelus*. Sed ut in *ἐϋῤῥείταο* et similibus eiusmodi resolutiones licitas esse omnino largior, ita in *Εὐρώταο* plane diversus sentio nec facile *Ἐϋρώταο* scribi probo. Hoc credo sentiens *Dausqueius* a *Brodaeo* aliisque diversus abiit et divinavit legendum *δήθυνέ ποτ' Εὐρώταο παρ' ὄχθαις*: quod etsi ferri possit, nondum tamen satisfacit. Plane existimo, *παρ' ὄχθαις* a malis correctoribus fuisse profectum et sic locum legendum:

Ὤιχετο καὶ δήθυνε παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις

Ante versu 219.

Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ἀτρείωνος,
Κεκλιμένην ἐνόησε παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις.

v. 352.

Μὴ δ' ἱερῶν γονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθρων.

Amat enim noster saepe eadem verba et hemistichia repetere. Conferatur etiam *Theocrit.* Id. XVIII. 24.

v. 340. *Οἶδεν ὄρος*] In Ald. et quibusdam aliis editis *εἶδεν* et mox *εἶδε*. In Stephan. aliisque *οἶδεν* et *οἶδε*. Sic Cod. Laur. Par. B. et Ambros. In Voss. Par. A. *εἶδεν* rursus et *εἶδε*.

v. 341. *Ἐς ῥόδον*] Si cum hoc loco conferas *Theocrit.* Idyll. XVIII. v. 39., ubi sic canit venustissimus poëta:

Ἀστέρες ὑπνώουσι καὶ ἐν σκοπέλοισιν ἰαύει·
Ἀστέρες ἀντέλλουσι καὶ οὐ παλίνορσος ἱκάνει.
Μῆτερ ἐμή, τίνα χῶρον ἔχεις; τίνα δ' οὔρεα ναίεις;
Πλαζομένην θῆρές σε κατέκτανον; ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Θῆρες ἀριζήλοιο Διὸς τρομέουσι γενέθλην.
Ἦριπες ἐξ ὀρέων χθαμαλῆς ἐπὶ νῶτα κονίης
Σὸν δέμας οἰοπόλοισιν ἐνὶ δρυμοῖσι λιποῦσα;
Ἀλλὰ πολυπρέμνων ξυλόχων ὑπὸ δάσκιον ὕλην
Δένδρεα παπτήνασα καὶ αὐτῶν ἄχρι πετήλων
Σὸν δέμας οὐκ ἐνόησα· καὶ οὐ νεμεσίζομεν ὕλην.
Μὴ δ' ἱερῶν γονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθρων
Νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίην σε γαλήνη;
Ἀλλὰ καὶ ἐν ποταμοῖσι καὶ ἐν πελάγεσσι θαλάσσης
Νηϊάδες ζώουσι καὶ οὐ κτείνουσι γυναῖκας.
Ὡς ἡ μὲν στενάχεσκεν, ἀνακλίνασα δὲ δειρὴν
Ὕπνωσ', ἐπεὶ θανάτοιο συνέμπορος. εἰ γὰρ ἐτύχθη
Ἄμφω, ἀναγκαίη ξυνήϊα πάντα λαχόντα,
Ἔργα παλαιοτέροιο κασιγνήτοιο διώκειν.
Ἔνθεν ἀκηχεμένοισι βαρυνόμεναι βλεφάροισι
Πολλάκις ὑπνώουσιν, ὅτε κλαίουσι γυναῖκες.

Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι καὶ ἐς λειμώνια φύλλα
Ἑρψοῦμες στεφάνως δρεψεύμενοι ἀδὺ πνέοντας.

fieri vix posse confido, quin statim suspicio subnascatur, nostro in loco ad exemplum *Theocriti* legendum esse, Ἐς δρόμον, ἐς λειμῶνα: quando conferenda, quae supra ad vs. 243. notavi. Cum tamen in vulgata ῥόδον non sit quod merito quem offendat, nihil temere adfirmare ausim. ῥόδον pro *roseto* quin eleganter poni possit, nemo in dubium vocabit.

v. 342. Ἀστέρες ὑπνώουσι] In Par. A. hic versus sequenti postponitur, nec dubito, quin talis etiam versuum ordo sit in Voss., ubi in collatione, qua usus sum, vers. 341. et 343. inverso ordine legi notatum erat. Quod manus aberrantis culpa accidisse videtur, cum scribi debuerit, versum 342. et 343. inverso legi ordine. Saepius enim concordant hi Codices, ut alibi dixi.

v. 347. Ἦριπες ἐξ ὀ. χθαμαλῆς] Voss. ἤριπες δ' ἐξ ὀρέων χθαμαλόης.

v. 351. νεμεσίζομεν ὕλην] In Laur. νομεσίζομαι, Par. B. νεμεσίζομαι.

v. 352. Μὴ δ' ἱερῶν] Male in hodiernis libris legitur μηδ': paulo rectius tamen in Aldina μήδ'. Dubium non est, quin scribendum μὴ δ', idque interrogative capiendum. Qua de re consule *Devarium* p. 284.

v. 353. ὑποβρυχίην] Recte *submersam* vertunt Interpretes. Sic *Apollon. Rhod.* II. 1219.

Stellae occidunt et tamen in scopulis moratur:
Stellae oriuntur neque redit.
Mater mea, ubinam terrarum degis? quosnam colis montes?
Num ferae te oberrantem trucidarunt? At vero ipsae
Ferae magni Iovis genus formidant.
Cecidistine e montibus in terram pulverulentam
Corpus tuum in desertis silvis linquens?
At vero sub densa plurimisque arboribus consita silva
Arbores ad ipsa usque folia visitans
Corpus tuum non inveni. Non igitur silvam culpamus.
Num in sacris foecundi Eurotae fluentis
Natans aquis submersa es?
At vero in ipsis etiam fluviis et profundo mari
Naiades vivunt et non occidunt mulieres.
Ita Hermione ingemuit, cum cervicem inclinans
Obdormivit mortis socia. Siquidem enim exsistant
Ambo, necesse est, ut, cui omnia communia obtigerint,
Opera maioris natu fratris imitetur.
Hinc moestis gravatae luminibus
Saepe dormiunt mulieres, quando lacrimantur.

—— *ἔνθ' ἔτι νῦν περ*
Κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

L. IV. 1757. et alibi. Plura dabunt *D'Arnaud* Anim. Crit. p. 217. et doctissimus *Leopardus* Emendat. Lib. IX. Cap. XXIII.

v. 355. *Νηϊάδες ζώουσι*] *Dausqueio* legendum videbatur *Νηϊάδες σώουσι*. Vulgatam malo. Mox Laur. Cod. *καὶ ἐκτείνουσι*.

v. 357. *Ὕπνωσ'*] Merito meo arbitrio inter intricatissimos hunc locum numeres. Sententiam, quam hic compendifactam proponam, latius explicabo in Animadversionibus. Legendus videtur totus hicce locus:

—— *ἀνακλίνασα δὲ δειρὴν*
Ὕπνωσεν θανάτοιο συνέμπορος εἰ γὰρ ἐτύχθη
Ἄμφω, ἀναγκαίη, ξυνήϊα πάντα λαχόντα,
stae Comici latere potuisse eumque in ea fuisse opinione, *Thasium vinum* tempore *Aristophanis* nondum fuisse nobilitatum? Imo vero putidi huius erroris plane eum immunem pronuncio omnemque culpam in librarios confero. Si ergo pro *οὐ πιθανῶς* ponas *τοῦ πίθου* et pro *οὐδέποτε γὰρ Θάσιος οἶνος* legas *ὁ γάρ ποτε Θάσιος οἶνος κ. τ. λ.*, quidquid id erat intricati, sublatum erit. Quae iam sequuntur, *οἱ δὲ Θάσιόν φασι βάμμα λέγεσθαι ἐκ τῶν ἀπὸ πυρὸς ἰχθύων κ. τ. λ.*, vix quidquam sani continere videntur et non nisi lacera quaedam membra sunt pravo ordine collocata. *Kustero* hic aqua haesit, qui non nisi meliorum Codicum ope locum sanari posse affirmavit. Non tamen adeo longe a vero aberrabis, si ita totum Scholion in integrum restituas: *Οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκλῶσι λιπαράμπυκα. Φιάλην Θασίου οἴνου πεπληρωμένην. ἄμπυξ δὲ λέγεται τὸ περιέχον· νῦν δὲ τὸ πῶμα τοῦ ἀγγείου λέγει. καὶ λιπαρὸν μὲν διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ οἴνου, ἢ ἐπεὶ καταχρίεται πίσσῃ τὸ στόμα τοῦ πίθου. ἄμπυκα δὲ παρὰ τὸ πυκάζειν* (ita malo e *Suida*) *καὶ καλύπτειν τὸν οἶνον. καταχρηστικῶς δὲ λείπει τὸ λάγηνον. ὁ γάρ ποτε Θάσιος οἶνος ηὐδοκίμει παρὰ Ἀθηναίοις. οἱ δ. ὅ. Θ. τ. ρ. λ. λ. δ. τ. ἡ. κ. β. οἱ δὲ Θασίαν φασὶ βάμμα λέγεσθαι ὀπτῶν ἐπὶ πυρὸς ἰχθύων. ἰδίως δὲ Θασίαν ἐκάλουν Θασίας* 16 *ζωμὸν ἅλμης* (vel, ut *Suidas* habet, *Θασίαν ζωμάλμην*), *εἰς ὃν ἀπέβαπτον τὰ ἡνθρακωμένα τῶν ἰχθύων. Κράτης· Βάπτει δὲ εἰς τὴν Θασίαν ἅλμην. οἱ δὲ τὴν λεγομένην θερμοπότιδα.* Locutionem *Θασίας ζωμὸν ἅλμης* in clara luce collocant haec *Moeridis*: *Ἅλμην, τὸν τῶν ἰχθύων ζωμὸν, Ἀττικοί. οἱ δὲ Ἕλληνες τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ. ζωμὸς δὲ, ὥσπερ τῶν κρεῶν, οὕτω καὶ τῶν ἰχθύων κοινῶς λέγεται.* Conferantur *Hesychius* in v. et alii. Verba illa, *κρατήσει δὲ εἰς τὴν Θασίαν ἅλμην*, scriptoris alicuius testimonium videntur esse eum in finem a *Scholiasta* prolatum, ut ostendat locutionem *βάπτειν εἰς Θασίαν ἅλμην* olim fuisse frequentatam: quapropter scripsi *Κράτης· Βάπτει δὲ εἰς τ. Θ. ἅ.* Hisce iam praemissis quantas tur-

bas dudum dederit locus *Aristophanis* in Acharn., ex tot diversis iisque magnam partem contortis explicationibus colligas. Binae potissimum animadversionem merentur: vel de *dolio Thasio vino referto* capiendum, vel de *salsamento* Θασίᾳ ἅλμῃ. Utraque sententia suos nacta est patronos eosque e primariis literarum cultoribus, *Casaubonum* et *Kusterum*, quorum ille Animadversionibus ad *Athenaei* Lib. I. C. XXIII. p. 67. de *Thasio vino* intelligendum vult, simul contra *Scholiastam* nonnulla proferens, quae videri possunt, hic vero de *muria Thasia* interpretatur, quam sententiam omnino
17 verissimam puto tum ob structuram insolentem, quae, si de *vino Thasio* capias, obtinet, tum ob sensum totius loci Aristophanei, qui non nisi de *muria Thasia* interpretari nos sinit. Quapropter e *Suida* veram partim scripturam revoco ἀνακυκῶσι pro ἀνακυκλῶσι, id quod iam *Kusterus* monuit. Κυκᾷν eidem rei designandae in Vespis inservit v. 1506.

Ἀτὰρ καταβατέον γ' ἐπ' αὐτοὺς, ὦ 'ζυρέ.
Ἅλμην κύκα τούτοισιν, ἣν ἐγὼ κρατῶ.

Difficultatem, quae *Kustero* in voce λιπαράμπυκά non immerito obversabatur, facile removebis, si divisim scribas λιπαρὰν πυκνά. Sic ergo legendum:

Οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκῶσι λιπαρὰν πυκνά.

Est autem illud πυκνὰ adverbialiter positum pro πυκνῶς et cum ἀνακυκῶσι coniungendum: quando sensus eo fere redit:

Alii vero in optima Thasia muria paranda admodum occupati erant.

Neque est, cur dubites de bonitate locutionis Θασίαν ἀνακυκᾷν absolute pro Θασίαν ἅλμην ἀνακυκᾷν. Quod a creberrimo usu repetendum, quemadmodum Θάσιον, Χῖον, Μενδαῖον similiaque pro *vino Thasio, Chio, Mendaeo* posuerunt. Addi potest *Scholiasta*, qui non ob-
18 scure hoc significat, et *Photius* in Lexico MS. Θασίαν καὶ ῥάφανον καὶ ἅλμην λέγουσι. *Photii* verba debeo

viro clarissimo *Io. Alberti* in pretiosissima illa *Hesychii* editione ad v. *Θασία*. Pro eo tamen quin frequentiori usu trita fuerit plena locutio *Θασία ἅλμη* vel simpliciter *ἅλμη* non dubito. Ex *Aristophane* bina loca, quae adscribantur, dignissima sunt, reservata partim ab *Athenaeo* Lib. VII. p. 329. *B.* *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὀλκάσιν· Ὦ κακόδαιμον, ὅστις ἐν ἅλμῃ πρῶτον τριχίδων ἀπεβάφθη. τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον, ἣν καὶ Θασίαν ἐκάλουν ἅλμην, ὡς καὶ ἐν Σφηξὶν ὁ αὐτός φησι ποιητής· καὶ γὰρ πρότερον δὶς ἀνθρακίδων ἅλμην πιών.* In hodiernis *Comici* Vespis longe aliter prostat hic posterior locus vs. 1122.

Καὶ γὰρ πρότερον ἐπ' ἀνθρακίδων πεπλησμένος.

Verum et apud *Athenaeum* et in *Comico* olim scriptum existimo:

Καὶ γὰρ πρότερον ἐπανθρακίδων ἅλμην πιών.

vel *ἀπανθρακίδων*. Utrumque enim habet *Hesychius* suis locis, qui *ἀπανθρακίδες* interpretatur: *οἱ πρὸς ὄπτησιν ἐπιτήδειοι ἰχθύες, καὶ πέμματος εἶδος ἀπανθρακίς.* Cum posteriori *Hesychii* interpretatione conferatur *Athenaeus* Lib. III. p. 110. *B.* *Ἐπανθρακίδον* praeterea 19
meminit ipse *Comicus* loco memorato in Acharn. Confer praeterea *Suidam*, qui voc. *Ἀπανθρακίζομεν*, inquit, *ἀντὶ τοῦ ἐπανθρακίδας* (Sic omnino legendum et apud *Suidam* et apud *Scholiastam Comici* ad Aves v. 1545., quem ad verbum, ut saepe, sequitur *Suidas.*) *ἐσθίομεν. ἔστι δὲ εἶδος ἰχθύων. ὅπερ ὀπτῶντες* (Sic rectius editur, quam, quod apud *Schol. Arist.* est, *ὃ παροπτῶντες*) *ἐσθίουσιν.* Quae sequuntur, alterius Glossam esse ad *ἀπανθρακίζομεν* adscriptam, discas ex *Scholiasta* memorato, ubi clarius distinguuntur.

CAPUT IV.

Παίγνιον, ἄθυρμα, ludicrum. Emendatur semel et iterum Callimachi Epigramma. Nautilus. Ἰουλίδες, piscium genus venenatum.

V. 2. *Καὶ ἱερὰ παίγνια χειρῶν*] Sic vulgo veteres, quidquid deo alicui proprium et maxime gratum arbitrabantur, appellare solebant *παίγνιον*, ut apud *Callimachum* Hymn. in Delum v. 324.

—— *ἃ Δηλιὰς εὕρετο νύμφη*
Παίγνια, κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν.

Vocabant alio nomine *ἀθύρματα*, ut in *Oppiani* L. I. Cyn. v. 32. Unde *Hesychio Ἀθύρματα, παίγνια.* Adde *Suidam* et alios. Differentiam horum minus ab auctoribus observatam notavit *Thomas Magister.* Latinis vocabatur saepe *ludicrum*, quam in rem *Catulli* verba subiungam Carm. LXII. 24.

Floridis velut enitens
Myrtus Asia ramulis.
Quos Hamadryades deae
Ludicrum sibi roscido
Nutriunt humore.

Plura, quae huc spectant, notavit *Dan. Heinsius* Lect. Theocr. Cap. XXI. p. 368. Longe satis erit *Callimachi* Epigr. V., cum et ibi horum *παιγνίων* mentio fiat, hac occasione emaculavisse. Legitur hoc modo:

Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῖτι παλαίτερον· ἀλλὰ σὺ νῦν με,
Κύπρι, Σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις
Ναυτίλον· ὃς πελάγεσσιν ἐπέπλεον. εἰ μὲν ἀῆται,
Τείνας οἰκείων λαῖφος ἀπὸ προτόνων·
Εἰ δὲ γαληναίη, λιπαρὴ θεὸς, οὖλος ἐρέσσων
Ποσσὶν, ἵν' ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται.
Ἔς τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος, ὄφρα γένωμαι
Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον, Ἀρσινόη.

Ita v. 1. lego cum magno illo *Bentleio.* Versu 5. corruptum procul dubio illud, *εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ θεὸς κ.*

τ. λ. Nec tamen placet *Annae Fabri* commentum, 21
quae γαληναίην, *tranquillum mare*, λιπαρὴν θεὸν dici
a Poëta credidit. Opportuna admodum videtur lectio:

Εἰ δὲ γαληναίη λιπαρὴ, θέον οὖλος ἐρέσσων
Ποσσὶν ἄν', ὥσπερ καὶ τοὔνομα συμφέρεται.

Ita θέον et ἐπέπλεον recte, sicut etiam εἰ μὲν ἀῆται et εἰ δὲ γαληναίη, quasi opponuntur: versu enim 3. post ἐπέπλεον minor tantum distinctio (,) ponenda, ut sic iungantur ἐπέπλεον τείνας ο. λ. ἀ. π., ut vs. 5. θέον οὖλος ἐρέσσων ποσσὶν ἄνα. Cum posteriori parte versus 6. conferri poterit *Oppian.* L. I. Hal. v. 340. Sequentia Ἕς τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος paulo aliter leguntur apud *Athenaeum* L. VII. p. 318. *B.* Ἕς τ' ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδας —, quod quamproxime veram scripturam exhibet. Legendum enim puto:

Ἕς τ' ἔπεσον παρὰ θῖν' ἐς Ἰουλίδας, ὅφρα γένωμαι
Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον, Ἀρσινόη.

ubi Ἰουλίδας non de antiquo Ceae oppido, quod *Iulis* dicebatur, intelligo, sed de quodam piscium genere. Erant enim Ἰουλίδες pisces venenati admodum, qui scopulis catervatim adhaerentes, ubi alios pisces aut urinatores in aquis conspicerent, summa vi in eos irruebant, 22
iisque saepe vulnus letale inferebant: qua de re consulendi Hist. Animal. Scriptores. In hos itaque nautilus iuxta litus se incidisse adfirmat. Hoc nisi admittas, minus recte huic sedi convenit compositum εἰσπίπτειν, cum in vulgata nihil sit, cui nautilus incidisse dicatur.

CAPUT V.

Κελάδων, κέλαδος, κελαδεινὴ, εὐκέλαδος, κελαδεῖν. Aristophanes emendatur. Celadus et Celadon Arcadiae fluvii. Pausanias tentatur. Κλαδέος et Κλαδάος. Homerus tentatus et Strabo emendatus. Ἐξερέω. Coluthi locus tentatur. Ἔργον cum genitivo. Quintus Calaber emendatur.

V. 6. *Κελάδοντος ἀπορνύμεναι ποταμοῖο*] Notissimum epitheton fluviorum, maris, ventorum aliarumque rerum *κελάδων*. Antiquum verbum, unde haec nostra forma participialis, est *κελάδω*, cuius natales quaerendae in simpliciori *κέλω*, interpretante *Schol.* ad *Hom.* Il. O. 679. *βαδίζω*, et in genere *celeriter moveo.* Hinc nomen *κέλαδος clamorem et tumultum bellicum* dicit, ut praeter alios apud *Hesiodum* Theog. v. 851. et 926. A *κέλαδος κελαδεινὴ*, epitheton aptissimum Dia-
23 nae, Hymn. *Homer.* in Dian. v. 1., cui respondet *Orphei εὔδρομος* Hymn. in Dian. p. 132. vs. 6. *Hesychius* eo respiciens vertit *κυνηγός*. Compositum *εὐκέλαδος* hinc formatum de *sonitu musico* ponitur in *Anthologia* L. IV. C. XII. Ep. 75.

Αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίσδεται εὐκελάδῳ Πάν.

Adde Epigr. 77. *Coluthus* v. 122. *χορὸν εὐκελάδων δονάκων* dixit. Simili usui inservit verbum *κελαδεῖν* apud *Aristophanem* in Pace v. 802., ubi de hirundine:

Τοιάδε χρὴ Χαρίτων
Δαμώματα καλλικόμων
Τὸν σοφὸν ποιητὴν
Ὑμνεῖν, ὅταν ἠρινᾷ μὲν
Φωνῇ χελιδὼν
Ἐξομένη κελαδῇ.

ubi pro minus eleganti *ἠρινᾷ φωνῇ* legendum *ὅταν ἠρινᾷ μὲν Ὥρᾳ χ. Ἐ. κ.* De emendatione hac ne dubites, vadem sisto *Scholiastam. Καὶ αὕτη*, inquit, *πλοκὴ Στησιχόρειος. φησὶ γὰρ οὕτως· Ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελι-*

δών. *Stesichori* ἦρος ὥρᾳ idem ac nostrum ἠρινᾷ ὥρᾳ. Praeter usus modo memoratos nominum κέλαδος et κελάδων utrumque proprium fluvio nomen inditum memoratur. *Celadi* saltem alicuius in Arcadia in Alpheum labentis meminit *Pausanias* L. VIII. C. XXXVIII. p. 680., ubi pro *Κέλαδος Κελάδων* scribendum arbitrabatur 24
Ezech. Spanhemius ad *Callimachi* Hymn. in Dian. v. 107. Si quid mutandum, melius scriberes *Κλαδέος* vel *Κλαδάος*. Ita enim idem hicce fluvius praeter *Pausaniam* L. V. C. VII. p. 390. *Xenophonti* appellatur Hellen. L. VII. p. 373. l. 22., cuius loci iam meminere et alii. Alterius fluvii *Celadontis* mentio reperitur potissimum apud *Homerum* apud Il. *H.* 133.

—— ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Κελάδοντι μάχοντο.

Huius tamen scripturam iam olim in dubium vocasse veteres Criticos deque hoc fluvio dubitavisse manifesto constat ex *Strabone* L. VIII, p. 342. et 348., ubi notat nonnullos pro *Κελάδοντι* legendum censuisse *Ἀκίδοντι*. Imo cumulus accedit ex eo, quod ubique alias, unico hoc loco excepto, *κελάδων* adiective variis nominibus iunctum usurpaverit *Homerus*. Licet itaque in tanta veterum monumentorum penuria vix certi quid adfirmari queat, si quid mutandum, pro *Ἀκίδοντι* longe praeferrem *Λάδωνι*. *Ladonem* Arcadiae fluvium celeberrimum fuisse notius est. Nec parum roboris coniecturae conciliat similis nominum *Λάδωνα* et *κελάδοντα* confusio apud *Strabonem* L. VIII. p. 343., ubi vulgo legitur: *Ὁ δ' Ἀλφειὸς παραλαβὼν τόν τε Κελάδοντα καὶ τὸν Ἐρύμαν-* 25
θον καὶ ἄλλους ἀσημοτέρους κ. τ. λ. Vir antiquae geographiae peritissimus *Palmerius κελάδοντα* hic obtinere non posse sentiens ad hunc modum verba *Strabonis* emendanda coniecit: *Ὁ δ' Ἀλφειὸς παραλαβὼν τόν τε Ἐλίσσοντα καὶ Λάδωνα καὶ τὸν Ἐρύμανθον.* Malo minori molimine: *Ὁ δ' Ἀ. π. τόν τε Λάδωνα καὶ τὸν Ἐρύμανθον.* Eodem modo bina haec, *Ladonem* et *Ery-*

manthum, tanquam celeberrima Arcadiae flumina coniunxit *Callimachus* Hymn. in Iov. v. 18.

Λάδων ἀλλ' οὔπω μέγας ἔῤῥεεν οὐδ' Ἐρύμανθος,
Λευκότατος ποταμῶν, ἔτι δ' ἄβροχος ἦεν ἅπασα
Ἀρκαδίη.

V. 7. *Ἐξ ὀρέων πόθεν*] Difficultas, quae in hoc loco explicando obversabatur aliquando, potissimum in additis vocibus *ἐξ ὀρέων* residet; sunt enim plane otiosa et nescio quantam huic loco adimunt venustatem. *Brodaeus* quidem de montibus Idaeis, ubi Paris paternas oves ducebat, intelligit: quam interpretationem et ego in versione agnovi: sed vel sic durum addi illud *ἐξ ὀρέων*. Cum enim Nymphas imploret noster, ut indicarent locum, unde venerit Paris, dum ad Helenam proficisceretur, nullo modo recte montium, ac si iam cognitus foret, mentio hic fit. Hinc suspicio dudum mihi subnata fuit, *Coluthum* dedisse:

26 *Ἐξερέω, πόθεν ἦλθεν ἀήθεα πόντον ἐλαύνων.*

ut sic ad propositionem pertineat hicce versiculus. Verbum *ἐξερέω* pro futuro hoc modo notissimum est. Verum cum ne sic omni difficultate careat locus noster, fere ipsi auctori hunc errorem imputandum crediderim.

V. 8. *Ἁλὸς ἔργα*] Notissimum est et ab aliis iam observatum, vocabulum *ἔργον* plurimis nominibus eleganter iungi. Ita *ἔργα Δηοῦς, ἔργα Ἀθήνης, ἔργα Ἄρηος, ἔργα Ἀφροδίτης, ἔργα μόθων, ἔργα Μουσῶν*, quaeque plura sunt huius generis alia. Insigni corruptela itaque hac occasione liberandus *Quintus Calaber* L. XI. 180.

Ὣς' ἄρ' ἰαίνετο Φοῖβος, ὅτ' ἔδρακεν ἐκ πολέμοιο
Φεύγοντ' Ἀργείων πουλὺν στρατόν· οὐ γὰρ ἔτ' αὐτοῖς
Ἔργα θεῶν μεμέλητο.

Corruptum sine dubio illud *ἔργα θεῶν*; nec tamen cum *Pauwio* vel *Rhodomanno* facile crediderim, legendum *ἔργα νέων* vel *χερῶν*. De bello loqui *Quintum*, locum intuenti facile patebit. Scribendum igitur *Ἔργα μόθων*

μεμέλητο. Mendae origo repetenda ex more antiquo literis maiusculis scribendi: si enim, ultimis literis vocis ἔργα repetitis, scribas ΓΑΘΕΩΝ, manifesta verae scripturae vestigia facile agnosces.

CAPUT VI. 27

Ida Homero δικάρηνος, *aliis* τρικάρηνος. *Tzetzis error notatur. Hesychius emendatur. Nymphae Phalacraeae. Phalacra Idae promontorium. Callimachi Fragmentum e Scholiasta MSS. Homeri Collectioni Bentleii additur. Coluthus emendatur.* Ἴδη εὔκρηνος *et* πολυπίδαξ.

V. 14. Ἰδαίης κ. ἐ. π. Φαλάκρης] Dubium non est, quin per Ἰδαίην Φαλάκρην unum ex tribus Idae promontoriis, *Phalacra* dictum, sit intelligendum. *Homero* quidem duo potissimum, *Lectum* et *Gargara*, innotuerunt, atque proinde Ἴδη δικάρηνος. Postea tamen tertium his additum, *Phalacra*, recentioribus maxime fuit nobilitatum; unde tria passim Idae cacumina memorantur. Vid. *Scholiast. Homeri* ad Il. Ξ. 284. Τρία δὲ τὰ πάντα ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης, Λεκτὸν, Γάργαρον, Φαλάκρη. ubi noto formam Ionicam Φαλάκρη, nisi pro eo scribendum Φαλάκρα, quemadmodum a *Tzetze* a *Lycophron.* v. 24. et 1170. aliisque effertur. Praeter tria memorata cacumina quartum addidit *Tzetzes* ad *Lycophron.* loc. cit., nempe *Pergamum:* quod tamen ex prava lectione, qua pro Γάργαρον adfinis scripturae nomen Πέργαμον alibi invenerat, repetendum videtur. 28 *Phalacras* in plurali numero agnoscunt *Stephanus* et *Hesychius. Hesychii* verba, cum menda laborent, adscribam: Φαλάκραι, τόπος τῆς Ἴδης, καὶ νύμφαι. Nymphas *Phalacras* dictas eodem modo ac promontorium, verosimile non est: quapropter vel *Hesychium* aliorum librorum scriptura parva deceptum, vel vocem Φαλα-

κραῖαι hac ratione inserendam, *Φαλάκραι, τόπος τῆς Ἴδης, καὶ Φαλακραῖαι νύμφαι*, excidisse omnino censerem. *Φαλακραῖαι νύμφαι* eaedem cum Nymphis Idaeis, seu quas *Coluthus Νύμφας Τρωϊάδας* appellat, fuisse videntur. Ita *Φαλακραῖαι Tzetzes Ἰδαῖαι* interpretatur loco supra indicato. *Phalacrae* promontorii praeter *Stephanum* aliosque paulo recentiores ex antiquioribus meminit *Callimachus*, notante *Scholiasta Homeri* ad Il. Θ. 48., ubi in MSS. Vossiano, qui Leidae est, legitur: *Τρία δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης, Λεκτὸν, Γάργαρον, Φαλάκρα. τούτου μνημονεύει Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτίων.* Quo testimonio Fragmenta a *Bentleio* collecta ditare liceat. Idaei montis *Φαλακραῖαι βῆσσαι* memorantur *Nicandro* Alex. vs. 40. Simili modo naves a Phereclo exstructae in usum Paridis *Φαλακραῖαι κόραι Lycophroni* audiunt vs. 24. Adde ex eodem v. 1170.

V. 14. *Ἰδαίης * κάρηνον*] Viri docti, qui in emen-
29 dando *Colutho* operam suam collocarunt, plerique omnes in eo consentiunt, vel *δικάρηνον* vel *τρικάρηνον* esse legendum. Horum prius in contextum recepere *Stephanus*, quique ad eius exemplar suas concinnaverunt editiones, *Lectius* et *Portus*. Melius paulo huic loco consultum fuisset, si alterum *τρικάρηνον* substituissent. Idam *τρικάρηνον*, non vero *δικάρηνον*, *Colutho* fuisse, ex ipsius Phalacrae hoc loco mentione patet. Sed nec ipsum illud *τρικάρηνον*, etsi acute excogitatum et prima specie commendabile admodum, ferri potest: si enim Phalacra unum e tribus promontoriis fuerit, nullo modo commode dici posset *τρικάρηνος πρηὼν Φαλάκρης*, nisi statuas, *ἐπὶ πρηῶνα τρικάρηνον Ἰδαίης Φαλάκρης* positum esse modo poëtis familiari pro *ἐπὶ πρηῶνα Φαλάκρης Ἰδαίης τρικαρήνου*, idque pro, *ἐπὶ π. Φ. Ἴδης τρικαρήνου*, quemadmodum *σεληναίη* pro *σελήνη*, *Ἀθηναίη* pro *Ἀθήνη*: quod tamen probabile haud videtur. *Ἰδαίη Φαλάκρη* omnino adiective capio, quemadmodum vers. 4. *Ἰδαίῃσι χορείαις*, vs. 69. *Ξάνθος*

Ἰδαῖος, v. 100. Ἰδαίη ἄκρη, v. 116. Ἰδαῖα ὄρη et aliis in locis. Nihil adeoque superest, quam ut aliunde commodiorem scripturam circumspiciamus. In mutilo Codicis Ambrosiani vocabulo κρηνας, ut ibi legi in Notis iam monuisse me memini, satis clara vestigia agnosco epitheti accommodatissimi εὔκρηνον, ut adeo legendum 30
suspicer: εὔκρηνον ἐπὶ πρηῶνα Φαλάκρης. De qua emendatione eo minus dubitavi, quod idem in mentem venerat, ut est iuvenis elegantis ingenii, amicissimo meo *Ioanni Pierson*, cuius consensu hac in parte mihi gratulor. Eleganter respondet *Homeri* Ἴδη πολυπίδαξ, quo respiciens *Horatius* L. III. Carm. Od. XX. 15. Idam *aquosam* appellat. Idam plurimis fontibus irrigatam testimonio *Demetrii Strabo* observat L. XIII. p. 414. Hinc repetendum etiam illud *Ovidii* Amor. L. I. Eleg. XIV. II.

Qualem clivosae madidis in vallibus Idae
Ardua derepta cortice cedrus habet.

CAPUT VII.

Οἰοπόλος. *Loca quaedam in Catulli carmine de Nupt. Pel. et Thet. emendantur. Tempe. Templum pro quibusvis aedibus. Robur. Thesei arma.*

V. 15. Οἰοπόλοισι] Sive capias pro *pastoralibus sedibus*, sive cum *Brodaeo* et *Neandro* vertas *solitariis sedibus*, parum refert. Malui tamen *pastoralibus*, quia Paris adhucdum pastor paternas oves ducebat: quam in 31
rem vide quae in sequentibus canit noster. Ita vs. 302. Apollo οἰοπόλος. De utraque significatione consule *Schol. Homeri* ad Il. P. 54. et *Hesychium* v. Οἰοπόλῳ recte a cl. *Arnaldo* Lect. Gr. p. 104. emendatum. Posteriori sensu capio apud Nostrum vs. 348.

Σὸν δέμας οἰοπόλοισιν ἐνὶ δρυμοῖσι λιποῦσα.

Imo montes, silvae, pascua, etc. simili modo Latinis

passim *sola* vel *solitaria* audiunt. *Seneca* Hippolyto vs. 406.

Regina nemorum, sola quae monteis colis
Et una solis montibus coleris dea.

Tibullus L. IV. Carm. XIII. 9.

Sic ego secretis possum bene vivere silvis,
Qua nulla humano sit via trita pede.
Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
Lumen et in solis tu mihi turba locis.

Adde *Catullum* in elegantissimo carmine de Nupt. Pelei et Thetidis v. 57. Quod cum non uno in loco infestis descriptorum manibus valde laceratum sit, si, misso *Colutho*, nonnullis vulneribus medicinam ferre adnitar, facile veniam ab aequo lectore impetraturum me con-
32 fido. Primo itaque sese offert versus 35., ubi Poëta enarrat, quinam hisce nuptiis interfuerunt et dona sua attulere. Legitur ibi in MSS. aeque ac typis vulgatis:

Deseritur Scyros, linquunt Phthiotica Tempe
Cranonisque domos ac moenia Larissaea.

ubi, nisi *Phthiotica* capias pro *Thessala*, ut sit pars pro toto, nullo modo ferri poterit vulgata lectio *Phthiotica Tempe*. *Tempe* enim secundum veterum testimonia non in Phthiotide, sed Pelasgiotide inter Olympum et Ossam, ubi Peneus defluit, sita fuere. Suspicor itaque legendum esse *Phthiotica templa*. *Templa* olim quaevis tecta et domicilia dicebantur. Ipse *Catullus* postea in eodem hoc carmine v. 75.

Illa tempestate, ferox quo tempore Theseus
Egressus curvis e litoribus Piraei
Attigit iniusti regis Gortynia templa.

Vide, quae ad illum locum notarunt duumviri magni, *Scaliger* et *Vossius*; quibus adde notata *R. Keuchenio* et *P. Burmanno* ad *Q. Serenum Sammonicum* de Med. Prooem. vs. 7. Non ineleganter itaque nostro in loco
33 iunguntur *templa*, *domos* et *moenia*, tanquam vocabula adfinis significationis.

Sequitur vers. 41.

Non falx attenuat frondatorum arboris umbram.

Quod etiamsi ferri poterit, longe tamen rectius legeretur:

Non falce attenuat frondator roboris umbram.

Ita optime, quod ad structuram, cum praecedenti versiculo conspirat:

Non glebam prono convellit vomere taurus.

Robur simili modo obvium postea vs. 107.

Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit.

Sequitur non multo post versu 55. locus, de quo absque meliorum Codicum auxilio vix quidquam boni sperare licet. nec tamen coniecturam, quae aliquando subnascebatur, adscripsisse pigebit. Legitur in nonnullis Codd. MSS. hoc modo:

Nec dum etiam seseque sui tui se credit,
Utpote fallaci quae tum primum excita somno
Desertam in sola miseram se cernit arena.

Aliorum coniecturas super hoc loco adscripsisse nihil 34
attinet. Si literarum ductum et totius loci nexum consulas, fieri vix poterit, quin sub voces *que sui* posteriores syllabas verbi *oblivisci* latere suspiceris. Quod si verum, pro *tui se* adfinis scripturae nomen *Thesea* substituendum facile largieris. Scribo igitur:

Nec dum etiam sese oblivisci Thesea credit.

Oblivisci cum accusativo aeque ac genitivo construi quis ignorat? Imo id verbi optime respondet epitheto *immemor*, quod haud uno in loco de Theseo adhibuit Poëta, ut v. 53.

Immemor at iuvenis fugiens pellit vada remis,
Irrita ventosae linquens promissa procellae.

vs. 135.

Siccine discedens neglecto numine divum
Immemor ah devota domum periuria portas?

et paulo aliter versu 123.

Aut ut eam dulci devictam lumina somno
Liquerit immemori discedens pectore coniux?

Huc spectat quoque elegans *Theocriti* locus Idyll. 11. 45.

Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον πόκα Θασέα φαντὶ
Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμου Ἀριάδνας.

V. 94. malo hoc modo legere et distinguere:

Hei misere exagitans immitis corde furores,
Sancte puer.

Vers. 110. vulgata ita sese habet:

Sic domito saevum prostravit corpore Theseus,
Nequicquam vanis iactantem cornua ventis.

ubi nomen substantivum desideratur, unde pendeant voces *saevum* et *iactantem*. Leniter itaque vocem *saevum* refingendo scribo *taurum*. Cum tamen illud *domito corpore* haud parum venustatis Catullo adimat, malo totum locum sic corrigere, idque partim monitus:

Sic domitum taurum prostravit robore Theseus.

Thesei arma, postquam Peripheten de medio sustulisset, *clavam* fuisse tradit *Plutarchus* in Thes. p. 4. B. Minotaurum autem praeter alios ipse *Catullus* simpliciter *taurum* vocat hoc carmine vs. 173. et 230.

Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni,
Quae nostrum genus ac sedes defendere Erechthei
Annuit, ut tauri respergas sanguine dextram.

CAPUT VIII.

Reliqua in Catulli carmine examinantur. Undae purpureae, πορφύρειν, πορφύρεον κῦμα.

In *Catulli* Epithalamio, in quo emendando Capite praecedente versatus sum, ut reliqua rite persequar, nonnullis locis meam qualemcunque operam et hoc Capite addico. Sequantur igitur versus 118. et 119., qui in plerisque Codicibus MSS. sic leguntur:

Ut consanguineae complexum, ut denique matris,
Quae misera ignata ..... deperdita leta.

Varias eruditorum coniecturas enumerare longum nimis foret. Optima, quam hactenus ex hisce ruderibus eruere valui, videtur:

Ut consanguineas, complexum ut denique matris,
Quae misera in gnatae tabebat perdita lecto.

Lacunam in posteriori versiculo, *tabebat* addito, sustuli: id enim sub literis posterioribus vocis *ignata* et prioribus *de τοῦ deperdita* latere videtur. *lecto* auctoritate veterum nonnullorum librorum recepi. Praeterea in priori versiculo lubens pedibus in sententiam *Heinsii* ivi. Ad emendationem firmandam peridoneus est locus huius carminis v. 88. 37

—— *quam suavis exspirans castus odores*
Lectulus in molli complexu matris alebat.

Pro *deperdita* autem malui *perdita* ob loca parallela, ut v. 70.

—— *tota pendebat perdita mente.*

v. 177.

—— *quali spe perdita nitar?*

Unde etiam vulgatam scripturam versus 190. ad hanc normam leviter mutandam puto:

Quam iustam a divis exposcam perdita multam.

ubi vulgo *prodita* scribitur.

Pergo ad vs. 273., ubi legitur:

Quae tarde primum clementi flamine pulsae 38
Procedunt, leviterque sonant plangore cachinni.

MS. Cod. *Scaligeri* habet *leni resonant*, unde veram Poëtae, scripturam vindicare in proclivi erit scribendo:

—— *lenique sonant plangore cachinni.*

Desideratur enim necessario copula.

V. 275. nullus dubito, quin antiqua scriptura fuerit:

Purpureaeque (undae) *procul nantes a luce refulgent.*

Vento enim crescente undae purpureae apparent, quod Graecis πορφύρειν audit. *Purpurea unda* est ipsum *Homericum κῦμα πορφύρεον*, ut Il. Φ. 326. et alibi.

Sequuntur iam versus turpissime foedati, qui cunctis fere, quotquot in poliendo *Catullo* operam suam collocarunt, crucem fixere: quapropter, si illis lucis aliquid accendam, opus haud sane poenitendum me fecisse censuerim. Plusculos versus adscribere liceat a v. 285.

Confestim Peneos adest, viridantia Tempe,
Tempe, quae silvae cingunt superimpendentes,
Minosin linquens Doris celebranda choreis.
39 *Nonacrios namque ille tulit radicitus altas*
Fagos ac recto proceras stipite laurus.

Priorem partem ab aliis recte emaculatam puto. Restat haud levis menda in voce *Nonacrios*, ubi minus rem acu tetigere commentatores. Cum autem in *Maffei* libro, notante *Achille Statio*, legatur *Non acuas namque* etc., binis tantum literis mutatis corrigo:

Dona suas namque ille tulit radicitus altas
Fagos etc.

Cur fagos *suas* dicatur Peneus tulisse, ratio haud obscura.

Versu 325. malo scribere:

Accipe, quod laeta tibi pandunt voce sorores,
Veridicum oraclum.

Vulgo pro *voce* legitur *luce*, quod etsi defendi quodammodo poterit, alterum tamen omnino praefero.

V. 383. vera scriptura videtur:

Talia praefantes quondam felicia Pelei
Carmine divino cecinerunt omina Parcae.

Similia sunt, quae supra vs. 321. occurrunt:

Hae tum clarisona pellentes vellera voce
Talia divino fuderunt carmine fata.

40 Atque haec hactenus de *Catulli* carmine. Pergo ad Caput sequens.

CAPUT IX.

Nonnus emendatur. Mars absque armis ad Venerem tendere solitus. Pausanias emendatur. Coniectura super Coluthi loco proponitur. Βότρυς χαίτης. Πλοχμοὶ βοτρυόεντες. *Apollinis intonsi crines. Aelianus emendatur.* Bacchus βοτρυοχαίτης *et* βοτρυόκοσμος. *Orpheus et Statius emaculantur. Bacchi crines flavi.*

V. 30. Οἷος δ' οὐ κυνέην, οὐ δήϊον ἔγχος ἀείρων
Ἐς δόμον Ἡφαίστοιο σιδήρεος ἤλυθεν Ἄρης.]

Conferri meretur locus *Nonni* Dionys. Lib. v. 93.

—— πατὴρ δ' ὑπὸ χάρματι κούρης
Γυμνὸς ἄτερ σακέων ὠρχήσατο μείλιχος Ἄρης,
Δεξιτερὴν ἀσίδηρον ἐπικλίνων Ἀφροδίτῃ,
Καὶ γαμίῃ σάλπιγγι μελίζετο θυμὸν ἐρώτων
Ἀντίτυπον σύριγγι· σιδηροφόρου δὲ καρήνου
Ἠθάδας εὐπολέμοιο λόφους ἀπεσείσατο χαίτης,
Μιτρώσας πλοκαμῖδας ἀναιμάκτοισι κορύμβοις,
Πλέξας κῶμον ἔρωτι.

Videtur omnino legendum.

Καὶ γαμίῃ σάλπιγγι μελίζετο θεσμὸν ἐρώτων. 41

quam locutionem alibi paucis illustrabo. Ceterum elegans locus *Xenophontis Ephesii* de Marte absque armis ad Venerem tendente non praetermittendus pag. 10. Ἐν τῷ ἑτέρῳ (στρώματι) Ἄρης ἦν οὐχ ὁπλισμένος, ἀλλ' ὡς πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος, ἐστεφανωμένος, χλαμύδα ἔχων. Huc pertinet quoque *Pausaniae* illud Lib. v. Cap. XVIII. p. 423., ubi de Martis statua: Ἔστι δὲ καὶ Ἄρης ὅπλα ἐνδεδυκὼς, Ἀφροδίτην ἄγων· ἐπίγραμμα δὲ Ἐνύαλιός ἐστιν αὐτῷ. Quae si cum memoratis locis componas, fieri vix potest, quin statim mecum scribendum suspiceris, non ἐνδεδυκὼς, sed ἐκδεδυκώς. Verto: *Est praeterea Mars inarmatus, Venerem ducens: inscriptio est ipsi ΕΝΥΑΛΙΟΣ.*

V. 39. Χρυσείοις δ' ἑκάτερθε τινασσόμενος πλοκάμοισι

Βότρυς Ἀκερσεκόμης Ζεφύρῳ στυφελίζετο χαίτην.
Coniecturam ante in Notis breviter proposui, nunc latius sententiam meam ad examen revocaturus. Recte quidem per se, ut vulgo Interpretes cepere, priora, post *βότρυς* distinctione adhibita, verteres: *Aureis vero utrimque quatiens capillis uvam intonsa coma Bacchus* etc. Verum cum noster hic procul dubio voluerit, Bacchum etiam iuxta cum aliis diis ad Pelei et Thetidis
42 nuptias profectum esse, necessario verbum aliquod motum significans desideratur. Quapropter legendum suspicor:

Χρυσείοις δ' ἑκάτερθ' ἐπινεισσόμενος πλοκάμοισι.
Praeterea *βότρυς* vel, ut recte clar. *D'Orville* emendat, *βότρυν* si iam cum *χαίτην* iungas, facile liquet, illud *χαίτην* in *χαίτης* mutandum, quemadmodum in quatuor minimum Codicibus exaratum. *Βότρυς χαίτης* locutio non inelegans est, qualem etiam *Nonnus* Dionys. 1. 525. adhibuit de coma luxuriante et profusis admodum densissimisque cincinnis:

Καὶ ποτὲ μὲν χαρίεντος ἐς ἄργυφα κύκλα προσώπου,
Πῇ δὲ βαρυσμήριγγος ἀλήμονα βότρυν ἐθείρης
Δέρκεται.

Leniter structura mutata, Apollinis intonsos crines *πλοχμοὺς βοτρυόεντας* appellat *Apollon. Rhod.* Lib. II. 679.

— *χρύσειοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε*
Πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κιόντι.

Aelianus eius loco in re simili *βοστρύχους* vocat, ubi de Apollinis simulacro aureis crinibus a Dionysio spoliato ita Lib. I. Cap. XX. *Τοῦ δὲ ἀγάλματος*, inquit,
43 *τοῦ Διὸς περιεῖλε τὴν ἐσθῆτα καὶ τὸν κόσμον, ὅσον ἦν, φασὶ, χρυσίου πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ταλάντων. Ὀκνούντων δὲ τῶν δημιουργῶν ἅψασθαι, ὅδε πρῶτος ἔκρουσε τὸ ἄγαλμα. Καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος περιεσύλησεν, ἔχον καὶ αὐτὸ χρυσοῦς βοστρύχους, κελεύσας ἀποκεῖραί τινα αὐτό.* Pro *ὅσον ἦν*, vel, ut *Perizonius* et *Scheffe-*

rus e Codice voluere, ὃς ἦν, ex indole linguae Graecae malo: καὶ τὸν κόσμον, ὅσον, φασὶ, χρυσίου πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ταλάντων. Mox si legeretur κελεύσας ἀποκεῖραί τινα αὐτούς, non sane id eraderem. Ceterum ex hoc usu vocis βότρυς explicandum arbitror Bacchi epitheton βοτρυοχαίτης in *Anthologia* L. I. Cap. XXXVIII. Epigr. II. et alibi obvium; a quo multum differt alterum eiusdem dei epitheton βοτρυόκοσμος apud *Orpheum* Hymn. Triennalis Patris p. 148. vers. II.

Παιὰν χρυσεγχὴς, ὑποκόλπιε, βοτρυόκοσμε.

ubi versu praecedente leviter hac occasione emendo:

Οὐρεσιφοῖτα κέρως, νεβριδοστόλε, ἀμφιέτηρε.

Male vulgo pro κέρως, quod *Hesychio* κέρωτος explicatur, legitur ἔρως. Mendam *Scaligero* non latuisse, ex eius versione patet:

Solemnis, cornute, Iugatine, hinnulivestis:
Insinue, Iuturne, racemifer, auriquiriti.

Vocabulum βοτρυόκοσμος non male expressit *Statius* L. 44 v. Thebaid. 269.

—— *non ille quidem turgentia sertis*
Tempora nec crinem flava distinxerat uva.

quae mendosa videntur pro — *crinem flavum distinxerat uva.* Per *crines flavos* intelligo, quales noster et *Apollonius* χρυσείους vocant, quibus respondet epitheton Bacchi ξανθοκάρηνος in *Antholog.* Lib. I. Cap. XXXVIII. Epigr. XI. v. 14.

CAPUT X.

Conon corrigitur. Urbs Canobus et ostium Canobicum. Stephanus Byzantinus emendatur. Acra Iapygiae, aliis Hydrusa. Acra Libyae. Καρικὸν τεῖχος et Ἀκκαρικὸν τεῖχος idem. Stephanus, Anacreon, Eratosthenes, Hesiodus et Propertius emaculantur.

V. 39. Ut dictis fidem habeam, liceat iam loca quaedam delibare, quae non nisi verborum transposi-

tione sanari commode posse videntur. Promam itaque primo *Cononis* verba Narrat. VIII. in fin. *Καὶ Μενέ-*
45 *λαος καὶ Ἑλένη θάπτουσιν αὐτὸν ἐπ' Αἰγύπτου, οὗ νῦν ἐπώνυμος ᾤκισται πόλις· καὶ τοῦ Νείλου στομάτων τὸ τελευταῖον ὁ Κάνωβος ἢ Κανωβικὸν ἐκ τοῦ κυβερνήτου τὴν ὀνομασίαν ἔλκει.* Nili ostium promiscue *Canobum* vel *Canobicum* fuisse dictum falsum est. Urbem *Canobum* centum et viginti stadiis ab Alexandrea dissitam et a Menelai gubernatore ibi mortuo, ut volunt, dictam reperies apud *Stephanum* voc. *Κάνωπος* et *Strabonem* Lib. XVII. p. 551. ab aliis iam citatum, qui hanc in rem egregia protulere. Quapropter verba *Cononis* hoc modo tuto transponi posse videntur: *οὗ νῦν ἐπώνυμος ᾤκισται πόλις ὁ Κάνωβος· καὶ τοῦ Νείλου στομάτων τὸ τελευταῖον τὸ Κανωβικὸν ἐκ τοῦ κυβερνήτου τὴν ὀνομασίαν ἔλκει.* De osteo *Canobico* vide auctores laudatos.

Subiungam locum vexatissimum *Stephani Byzantini: Ἄκρα, Ἰαπυγίας πόλις, κατά τινας Ὑδροῦσα λεγομένη. δευτέρα ἐστὶ καὶ ἑτέρα ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. ἔστι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ. τρίτη ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα, Εὐβοίας. ἕκτη Σκυθίας. ἑβδόμη Κύπρου. κ. τ. λ.* Priora huius observationis sana videntur, ut adeo mirer, tantas *Berkelio* turbas fecisse, qui *Ἄκραν Ἰαπυγίαν* intelligendam ratus tricis sese difficillimis implicuit, quibus tamen se expedire non potuit. Melius *Stephano* consuleres, si, vulgata retenta, intelligas *Acram* Iapy-
46 giae regionis in Italia urbem fuisse, quam nonnulli *Hydrusam* appellant: ut adeo *Stephanus* voluerit: *Hydrusam* alio nomine etiam *Acram* dictam fuisse; quod verum sit, nec ne, adeo liquido non constat. Sequentia autem, quae hoc modo tentavit *Berkelius: Ἔστι καὶ δευτέρα ἐν Ἰταλίᾳ. τρίτη ἐν Σικελίᾳ Συρακουσίων κτίσμα. τετάρτη ..... πέμπτη Εὐβοίας. ἕκτη Σκυθίας. ἑβδόμη Κύπρου. ὀγδόη Ἀκαρνανίας.* longe minori molimine, ut arbitror, transpositis *ἔστι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ* et deleto altero *ἔστι καὶ*, ita partim sanabis: *δευτέρα ἐστὶ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ*

ἑτέρα, ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. τρίτη ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα. *Secunda urbs Acra dicta est etiam altera in Italia* (aeque ac *Acra*, *Hydrusa* dicta, Italiae urbs est), *in se complectens portum Brundisium.* Hic, nisi fallor, verborum sensus est. Tertiam, quam *Acram* vocat, vulgo *Acras* in plurali dictam, satis a reliquis distinguunt addita verba Συρακουσίων κτίσμα, nec cum *Berkelio* interpolemus ἐν Σικελίᾳ opus est. Sequens lacuna quomodo sit supplenda, difficile dictu est. Si tamen coniecturae ullus relictus sit locus, divinamus scribendum: τετάρτη Λιβύης. πέμπτη Εὐβοίας κ. τ. λ. *Acram* Libyae fuisse urbem patet ex *Hannonis* Periplo p. 68., ubi urbes a se conditas memorat. τήν τε λίμνην, inquit, παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν κατῳκίσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάσσῃ καλουμένας Καρικόν τε τεῖχος καὶ Γύτ- 47
την καὶ Ἄκραν καὶ Μέλιτταν καὶ Ἀραμβυν. Dum in hunc *Hannonis* locum incido, recordor observationis *Stephani* voce Ἀκκαβικὸν τεῖχος, ubi, nisi me omnia fallant, eandem respexit urbem, quam *Hanno* et ipse etiam *Stephanus* suo loco Καρικὸν τεῖχος nuncupant; quod loca inter se conferenti manifesto apparebit. Quare vix dubito, quin sit reponendum Ἀκκαρικὸν τεῖχος, permittente id etiam literarum serie.

Pergo iam ad verba illa, quae inter *Anacreontica* reperiuntur Od. XXVII. 6., ubi sic versus transponendi videntur:

Ἔχω δὲ καί τι τερπνὸν,
Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν,
Ὁ τᾶς μέθας ἐραστάς.
Μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς
Τέρπει με κ' Ἀφροδίτα.

Sed praeterea ibi legendum: Ὅταν μέθας ἐραστὰν Μετὰ κρότων, μετ' ᾠδᾶς Τέρπει με κ' Ἀφροδίτα. Vocat sese recte μέθας ἐραστὰν Poëta et pro more Bacchum et Venerem coniungit; unde etiam apud *Ovidium* Trist. L. II. 363.

Quid nisi cum multo Venerem confundere vino
Praecepit lyrici Teïa musa senis?

Quae cum *Anacreonte* conferenda Od. VI. 15.

48 Ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτας
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου
Καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης
Τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
Κῶμον μέτεισι χαίρων.

ubi forte legendum: Τὸν ἐπήρατόν γ' ἐρασταῖς Κῶμον. Quid sit κῶμος, notum est nec ulteriori explicatione indiget.

Missis his, transeo ad *Eratosthenem*, qui tum aliis locis foede admodum depravatus, tum potissimum Cap. XXIII. et Cap. XIV. Paucula, ut inde ordiar, adscribam, quae initio Capitis XXIII. leguntur: Ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς τοῦ ταύρου τῆς καλουμένης ῥάχεως πλειάς ἐστιν, συνηγμένος δι' αὐτῆς εἰς ἀστέρας ἑπτά. λέγουσιν εἶναι τῶν Ἀτλαντος θυγατέρων· διὸ καὶ ἑπτάστερον καλεῖται. οὐχ ὁρῶνται δὲ αἱ ἑπτὰ, ἀλλὰ αἱ ἕξ. Initium Capitis desiderari sentiens quis addidit τοῦ ταύρου: hoc enim spurium esse satis ex Capitis XIV. collatis similibus verbis patet, ubi legitur: πρὸς δὲ τῇ ἀποτομῇ τῆς ῥάχεως ἡ πλειάς ἐστιν, ἀστέρας ἔχουσα ἑπτά· διὸ καὶ ἑπτάστερος καλεῖται. οὐχ ὁρῶνται δὲ εἰ μὴ ἕξ· ὁ δὲ ἕβδομος ἀμαυρός ἐστι σφόδρα. Si itaque iam consideres, Pleiades separatim nullum signum coeleste constituere, sed ad Taurum pertinere, facile, credo, in eam deveniens opinionem, omissis illis, quae ex Capite XXIII. supra adscripsi, post ἀμαυρός ἐστι σφόδρα reliqua Capitis XXIII. hoc
49 modo subiungenda esse; ὁ δὲ ἕβδομος ἀμαυρός ἐστι σφόδρα. τὸ δὲ αἴτιον οὕτω πως λέγεται. τὰς μὲν γὰρ ἕξ φασι θεοῖς μιγῆναι, τὴν δὲ μίαν θνητῷ. τρεῖς μὲν οὖν . . . . . θέσιν δ' ἔχουσιν εὖ μάλα κείμεναι κατὰ τὸν Ἵππαρχον τριγωνοειδοῦς σχήματος. Iam sequantur, quae porro Cap. XIV. reperies: ἔχει δὲ ταῦρος ἀστέρας ζ'. ὃς δὲ ὑπεναντία ἕρπει καθ' ἑαυτὸν ἔχων τὴν

κεφαλὴν κ. τ. λ.. Emendationem veram esse facile deprehendes cum *Eratosthene* componendo *Hyginum* Cap. XXI. Poët. Astron., qui, ut alias saepissime, ita et hic, modo excipias nonnulla ex aliis auctoribus desumta, ubique fere *Eratosthenem* ad verbum Latine vertit. Ille enim cuncta, quae binis his Capitibus violentèr a se invicem divulsis leguntur, Codice sine dubio usus, quam hodie habemus, meliori uno Capite commemorat.

Promam nunc plusculos Hesiodi versus, ut equidem ego existimo, haud leviter contaminatos et confusos ex Theogon. v. 84.

—— *οἳ δέ νυ λαοὶ*
Πάντες ἐς αὐτὸν ὁρῶσι διακρίνοντα θέμιστας
Ἰθείῃσι δίκῃσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύων
Αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε.
Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
Βλαπτομένοις ἀγορῇφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσιν
Ῥηϊδίως μαλακοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσι.
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὡς ἱλάσκονται
Αἰδοῖ μειλιχίῃ· μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν.
Οἷα τοι Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.

Duplici modo sese menda manifestat: primo enim, ubi praecedit participium *ἀγορεύων*, rectius versu sequente omitteretur coniunctio; alterum, quod iam a longo tempore eruditis negotium fecit, est illud:

Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὡς ἱλάσκονται.

quod, si praecedentia et sequentia consulas, nullo modo locum suum tenere posse deprehendes. Loquitur in utroque loco Poëta de regibus, qui in concionibus, ubi iura hominibus reddunt, maxime excellunt et coluntur. Hoc cernentes veteres Critici eosque secutus vir longe eruditissimus *I. G. Graevius*, non *ἀνὰ ἄστυ*, sed *ἀν' ἀγῶνα* scripsere. Verum, quo minus huic coniecturae meum calculum adiiciam, facit similis plane *Homeri* locus modo copiosius subiungendus, postquam sententiam de *Hesiodi* loco proposuerim. Difficultatem

omnem removebis facile, modo unico versiculo transposito scribas:

—— ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ· μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν,
Αἶψά τε καὶ μέγα νεῖκος ἐπισταμένως κατέπαυσε.
Τοὔνεκα γὰρ βασιλῆες ἐχέφρονες, οὕνεκα λαοῖς
Βλαπτομένοις ἀγορῇφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι
Ῥηϊδίως μαλακοῖσι παραιφάμενοι ἐπέεσσιν.
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς ἱλάσκονται.
Οἷα τοι Μουσάων ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν.

51 Postremo versiculo transponendo voculas οἷα τοι ex τοι οἷα sponte fere emerget τοίη, quod hic aptius. Duplici iam modo reges coli potissimum vult *Hesiodus*, vel in concionibus, vel per urbem euntes, idque Musarum beneficio: in quo nihil est, quod quem merito offendat. Iam ne de emendatione amplius dubites, vadem sisto *Homerum*, qui Odyss. Θ. 171. sic canit:

—— οἵ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν· ὁ δ' ἀσφαλέως ἀγορεύει
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγρομένοισιν·
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.

Agmen claudat *Propertius* L. II. Elegia XVIII. 5.

Sive aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu varios incinit ore modos.
Interea nostri quaerunt sibi vulnus ocelli,
Candida non tecto pectore si qua sedet.
Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.
Quae si forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.

Doctissimus *Broukhusius* difficultatem cernens dudum monuit distichon illud:

Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.

52 loco non suo legi; attamen nihil praeterea addidit lo-

cumque intentatum reliquit, quem hac ratione constituendum existimo:

Sive aliquis molli deducit candida gestu
Brachia, seu varios incinit ore modos:
Sive vagi crines puris in frontibus errant,
Indica quos medio vertice gemma tenet.
Interea nostri querunt sibi vulnus ocelli,
Candida non tecto pectore si qua sedet:
Quae si forte aliquid vultu mihi dura negarat,
Frigida de tota fronte cadebat aqua.

CAPUT XI.

Coluthi locus intricatissimus tentatur. Κόλπος γαίης. Εὐρεῖα χθών. Ἀπείρων, ἄπειρος, ἀπείριτος. Γῆ εὐρυόδεια. Asii Fragmentum apud Athenaeum emendatur. Cicadae aureae. Isidorus corrigitur.

V. 48. —— *χειρὶ δὲ γαίης*
Οὐδέ τε κόλπον ἔρυξε καὶ οὐκ ἐφράσσατο πέτρην.]

Loco depravatissimo Interpretum fere nullus est qui non lucis aliquid accendere aut eum immutare tentaverit. *Brodaeo* legendum videbatur: — *χεῖρα δὲ γαίης Οὐδέ τε κόλπον ἔρ.* Huic suffragatur *Neander*, nec 53
multum abit *Ubelus*. Ab his toto coelo distat *Vossii* coniectura, qui in Observ. ad *Catullum* Epithal. Pel. et Thet. v. 258. p. 223. legendum suspicabatur:

—— *χειρὶ δὲ λαιῇ*
Οὐδε τε κόλλοπ' ἔρυξε καὶ ἣν ἐφυράσσατο πέτρην.

vel *καὶ ὃν ἐφυράσσατο πέτρον*. Verum longe praeferendam censeo clarissimi *D'Orvillii* sententiam in Notis iam memoratam, a qua, si sensum spectes, nec mea, quae aliquando incidit, coniectura multum abit: *χειρὶ δὲ γαίης Εὐρέα κόλπον ἄραξε. Κόλπον εὐρέα γαίης* hic simpliciter dicit *εὐρεῖαν γῆν*, quemadmodum fere *κόλ-*

πους θαλάσσης figura elegantissima *Oppianus* Hal. L. v. 3. pro *mari* posuit. Est autem εὐρεῖα γῆ idem ac *Homericum* εὐρεῖα χθὼν, cui respondet aliud epitheton ἀπείρων, terrae ob vastissimam amplitudinem proprium, quod cum *Heraclide* Alleg. Homer. p. 472. et 473. aliisque ob sphaericam figuram terrae inditum vix puto. Ἄπειρον *Hesychio* est πολύ. Sic Ἀπείρῳ, πολλῇ apud eundem. Reperies etiam ἄπειρον πλῆθος pro *immensa multitudine* apud *Aeschinem Socratic.* Dial. II. p. 102. Adde quoque *Longinum* Sect. IX. §. 19. p. 64., ubi recte legitur: ἀχλὺς ἄφνω καὶ νὺξ ἄπειρος αὐτῷ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐπέχει μάχην, secus ac *Portus* opinabatur.
54 Huc refero praeterea ἀπείριτος, quod ab *Hesiodo* et alibi mari tribuitur. Adfine epitheton est εὐρυόδεια, de quo vide virum summum *Ioh. G. Graevium* Lect. Hes. Cap. XXII. p. 115. idque in *Homero* non raro obvium, ut Odyss. *K.* 149.

Καί μοι ἐείσατο καπνὸς ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης.

Restituendum etiam illud *Asio*, antiquissimo poëtae, apud *Athenaeum* Lib. XII. p. 525.

Οἱ δ' αὕτως φοίτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο,
Εἰς Ἥρας τέμενος πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος εἶχον,
Χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς.

Difficile erit divinare, quid versu 3 et 4. voluerit Poëta. Non diffiteor, ἔχειν πέδον χθονὸς recte dici vestimenta, quae ad terram usque demittuntur, ut vir magnus existimabat. Sed sive hoc modo, sive alio quocunque capias, nihil fere proficies et structura manet aeque impedita. Praeterea, nisi alia via tentemus, vix perspicio, quomodo commode sanari possit sequens versus, ut vel ex metro, quod misere confodere librarii, aestimare licet, corruptissimus. Antiquitus alio ordine, quam nunc habemus, voculas ὥς et εἶχον posteriores scriptas fuisse puto hoc modo:

Χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέος ὥς, 55
Χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες εἶχον.

Si iam pro *χιονέοισι χιτῶσι* scribas *χιονέοις τε χιτῶσι* et pro *εὐρέος ὥς*, addita syllaba *δει*, *εὐρυοδείης*, vix erit quod merito hactenus desideres. Pertinet illud *πέδον χθονὸς εὐρυοδείης* ad vocem *φοίτεσκον*. Simili modo in usu est locutio *πόντον, γαῖαν ὁδεύειν*. E sequentis versiculi ruderibus eruo.

Χρυσείους δὲ κόρυμβοι ἐπ' αὐτῶν τέττιγας εἶχον.

Vide quae notat ὁ *πάνυ Casaubonus* quaeque de *corymbis* et *cicadis* tradunt *Aeliani* editores ad Var. Hist. L. IV. Cap. XXII. p. 381. et 382. Interea obiter emendo *Isidorum* Orig. Lib. XIX. Cap. XXX. lin. 49. *Athenienses enim cicadas aureas gerebant partim in vertice, nonnulli in fronte.* Male legitur *cyclades aureas.*

CAPUT XII. 56

Πρηστὴρ et πρηστὴρ ἄνεμος. Hesychius emendatur. Πρηστὴρ genus serpentis. Πρήθειν et καίειν ventus dicitur. Ventus ardens, praepes. Valerius Flaccus emendatur. In Aristophane prava personarum distinctio notatur. Γηγενὲς φύσημα. Suidae lacuna suppletur.

V. 49. —— *ἠχήεντα πυρὸς πρηστῆρα*] *Πρηστὴρ* vel *πρηστὴρ ἄνεμος ventum* vulgo dicit *vehementem et summa vi furentem. Hesiodus* Theogon. v. 846.

Πρηστήρων ἀνέμων τε κεραυνοῦ τε φλεγέθοντος.

Πρηστήρων ἐξαίσιος συρμὸς in *Axiocho* p. 158. *Hesychius*: *Πρηστὴρ, σφοδρὸς ἄνεμος, καὶ ὄφεως τὶ εἶδος, καὶ τὰς ἐκπλάγιον τοῦ τραχήλου ἡμῶν φλέβας πρηστῆρας φασιν, ἢ πῦρ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.* Ita scribenda haec observatio. Male vulgatur *καὶ ὄψεως τὶ εἶδος. Πρηστὴρ* notum est genus serpentis tum aliunde, tum ex *Aeliano* Hist. Anim. Lib. VI. Cap. LI. et Lib. XVII. C. IV. *Πρήθω* de vento vide apud *Homerum* Il. *A.* 481.

Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον, ἀμφὶ δὲ κῦμα
Στείρῃ πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε, νηὸς ἰούσης.

57 Eo respexit *Hesychius* v. *Πρῆσεν*, ubi recte pro ἔκλαεν *Sopingius* emendavit ἔκαεν, quod verbi de vento usurpavit *Longus*, Pastoralium venustissimus scriptor, Lib. III. p. 76. *κρύος μὲν ἦν ἐξαίσιον καὶ αὔρα βόρειος ὑπέκαε πάντα.* ubi videndus *Petrus Moll.* *Ardens ventus Valerio Flacco* est, qui Graecis πρηστὴρ, ut Lib. VII. 561.

Quem iam lassa dies austrique ardentis harenae,
Aut quem Rhiphaeas exstantem rursus ad arces
Nix et caerulei Boreae ferus abstulit horror.

Praepes ventus pro eo, nisi fallor, idem dixit Lib. I. 578.

—— *omne dei* (Boreae) *rapidis nemus ingemit alis,*
Strata Ceres ventoque niger sub praepete pontus.

Nullo modo recte sese habet vulgatum *motoque niger*, aut, quod *Heinsius* praeferebat, *motuque niger*. Similem usum verbi πρημαίνω observa apud *Aristophan.* Nubib. vs. 335., ubi verba, quae Strepsiadae adfinguntur, sunt:

58 *ΣΤΡ. Ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν Νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν δάϊον ὁρμᾶν,*
Πλοκάμους θ' ἑκατογκέφαλα Τυφῶ, πρημαινούσας τε θυέλλας,
Εἶτ' ἀερίας, διερὰς, γαμψοὺς, οἰωνοὺς, ἀερονηχεῖς,
Ὄμβρους θ' ὑδάτων δροσερᾶν Νεφελᾶν. εἶτ' ἀντ' αὐτῶν κατέπινον
Κεστρᾶν τεμάχη μεγάλαν ἀγαθᾶν, κρέατ' ὀρνίθειά τε κιχλᾶν.
ΣΩ. Διὰ μέντοι τάς δ' οὐχὶ δικαίως; ΣΤΡ. Λέξον δὴ κ. τ. λ.

Pluscula adscribere placuit, quia male vulgo Strepsiadae tribui video, quae revera Socrati competunt: eius enim partes erant, non senis ignari, qui discendi ergo sese ad Philosophum contulerat, bona enumerare, quae poëtis

illis Dithyrambicis a Nubibus obveniebant. Deleta adeoque versu 334. Strepsiadae persona et versu 339. illa Socratis omnia, quae a versu 330. ad posteriora *Λέξον δή μοι κ. τ. λ.* versus 339. occurrunt, Socrati tribuo, quem his demum excipit Strepsiades:

—— *Λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι,*
Εἴπερ Νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν;

Ceterum intelligit noster terrae motum, qualem validis ventis ex infernalibus voraginibus erumpentibus oriri credebant: unde *γηγενὲς φύσημα* eleganti metaphora *Aristophanes* Ranis v. 846. posuit:

Βρυχώμενος ἥσει 59
Ῥήματα γομφοπαγῆ
Πινακηδὸν ἀποσπῶν
Γηγενεῖ φυσήματι.

Vide, quae notat *Scholiasta*. Conferendus *Suidas* in voce *Γηγενεῖς*, ubi si hunc *Aristophanis* locum compertum habuisset *Portus*, facile vidisset, quae ibi leguntur ad vocem *Φυσήματι* ad hunc Comici respicere locum. Vulgata itaque *Suidae* scriptura, una voce addita, ad hunc modum reformanda: *Γηγενεῖ φυσήματι, ἀντὶ τοῦ μεγάλῳ, ὥστε σεισμοὺς ποιεῖν. ἀρχαία γὰρ ὑπόνοια τὴν ὑπὸ πνευμάτων κατεχομένην σείεσθαι τὴν γῆν. Ἀριστοφάνης.*

CAPUT XIII.

Amantes ᾠδίνειν dicuntur. Cupidinis λαμπὰς πυλυώδυνος. Coniectura super Aristophanis loco proponitur. Eiusdem Scholiasta emendatur. Κώδων. Ἐπείγεσθαι ᾠδῖνα. Callimachi Fragmentum apud Etymologum Magnum emaculatur. Εὐωδίν.

V. 96. *Πολλάκις ᾠδίνουσι κ. τ. λ.*] Respicit noster, ut iam in Notis significavi, ad illud *γλυκύπικρον*, quod

amori saepius inesse solet et ei tantum non individuus
60 comes est. Quo pertinet illud *Tibulli* L. I. Eleg. IX. 5.

Ipsa Venus magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non sine verberibus.

Ἐρωτικὴν λύπην vocat *Longus* Pastor. Lib. IV. p. 127. Unde etiam repetendum, quod Cupidinis λαμπὰς πολυώδυνος dicatur in *Anthologia* Lib. IV. Cap. XII. 50. Addendus *Xenophon Ephesius* L. I. p. 6. Ταῦτα ἔλεγε, καὶ ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο καὶ εἶλκεν ἀντιπίπτοντα καὶ ὠδύνα μὴ θέλοντα. Ceterum cum hic mentio fiat verbi ὠδίνειν, temperare mihi non possum, quo minus ad examen revocem *Comici* verba in Pace v. 1078., ubi vocabulum ὠδὶν desiderari videtur:

Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ,
Χ' ἡ κώδων ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει.

Respexisse Comicum ad proverbium *Canis festinans caecos parit catulos*, extra omnem dubitationis aleam positum censeo: unde verosimile, imo certum, per ἀκαλανθὶς *canem* intelligendum, ut ab *Hesychio*, *Suida* et aliis explicari video; quibus addo insuper mutila et turbata *Scholiastae* verba, prius emaculanda, quam ad ipsum *Aristophanem* me convertam. Χ' ἡ κώδων, in-
61 quit ille, παρὰ τὸ κραυγαστικόν· ἢ κύων τὸ ζῶον. ἔστι δὲ ἀδιανόητον καὶ τοῦτο, παρὰ τὴν παροιμίαν· Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει. τὸ δὲ ἀκαλανθὶς εἶδος ὀρνέου. τινὲς δὲ τὸ ἀκαλανθὶς ὑφ' ἕν. ταύτας δὲ τὰς ἀκαλανθίδας τινὲς βασιλικοὺς ὀνομάζουσι. κώδων δὲ εἶπεν, ὅτι λάλον τὸ ζῶον. ταῦτα δὲ πάντα ἐπίτηδες ἀδιανοήτως ἔφρασεν τὸ ἀσαφὲς τῶν χρησμῶν μιμούμενος. In principio Scholii ἢ κύων transponendum hoc modo: παρὰ τὸ κραυγαστικὸν τὸ ξῶον. ἔστι δὲ ..... τὸ δὲ ἀκαλανθὶς εἶδος ὀρνέου, ἢ κύων. Qui *Suidam* consuluerit, emendationis veritatem deprehendet. Reliqua, quae sequuntur, τινὲς δὲ τὸ ἀκαλανθὶς ὑφ' ἕν, quorsum spectent, aut quid sibi velint, dicere vix habeo. Interea *Suidae* observatione, quam vide voc. Ἀκαλανθὶς, fere

inducor, ut paucula excidisse credam huius fere sensus: *τινὲς δὲ ἀκαλανθὶς παρὰ τὸ αἰκάλλειν φασίν.* In *Aristophanis* autem memorato loco suspectum illud *κώδων*, quod proprie dicit *tubae orificium, qua exit spiritus*, ut observavit dudum magnus *Casaubonus* ad *Athenaei* Lib. IV. Cap. XXV. p. 318. Adde *Suidam*. Ipsam *tubam* etiam *κώδωνα* vocari notat *Hesychius*. At vero adiective cum *ἀκαλανθὶς* positum simpliciter *λάλον*, ut *Scholiasta* putabat, denotare posse non existimo. Nec eo nomine facile absolvo Comicum, ac si ita scripserit aut scribere ipsi licuerit, ut vaticiniorum obscura aenigmata imitaretur; id quod *Scholiastae* videbatur. Eiecta itaque versiculi litera prima *χ'* hunc in modum scribere malo: 62

Ἤ κ' ὠδῖν' ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει.

Ἐπείγεσθαι ὠδῖνα est, quod *Scholiasta* dixit *σπεύδειν τὰς ὠδῖνας*. Emendandus hac occasione adhuc *Callimachus* apud *Etymologum* voc. *Ἡλιτόμηνος*, quando huic observationi finem imponam. Verba sunt: *Ἡλιτόμηνος, καὶ ἀλιτήμερος. σημαίνει δὲ τὸν ἑπταμηναῖον γεννηθέντα παῖδα, ὥς φησι Καλλίμαχος.*

—— τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα
Μήτηρ οὓς ὤδινε μῆνας.

Bentleius in Collectione Fragment. No. CLXXV. maculam inesse animadvertens emendavit *μήτηρ οὓς ἐκύει μῆνας*, quod tamen ipse vir magnus minus certum adfirmat. Si quis coniecturae locus supersit, forsan melius reponeres idque mutatione lenissima:

—— τὸν οὐκ ἔπλησε φέρουσα
Μήτηρ εὐώδιν μῆνας.

Quae sic verto: *quem in utero gestans foecunda mater non implevit menses gestationis.* De voce *εὐώδιν* vide quae notavi in Not. ad *Coluthum* v. 274.

63

CAPUT XIV.

Κουρίζειν. Arati locus ad examen vocatur et emaculatur. Idem notatus a Strabone. Antrum Dictaeum ubi situm. Grotii coniectura super Arato. Meursii error notatur. Etymologi locus copiosior e MS. Leidensi adfertur. Δίκτην, non Δίκτον, dixisse veteres contra Etymologum aliosque adseritur. Varronem Apollonii locum in Argonauticis expressisse observatur. Δίκνον. Vetus consuetudo infantes cunis imponendi notatur. Verbum κατατίθεσθαι in ea re frequens.

V. 101. *Κουρίζων δ' ἐνόμενε Πάρις*] Elegans usus verbi *κουρίζειν* pro *iuvenilem aetatem agere* notandus. *Oppianus* Lib. IV. Cyneg. 275., ubi de Baccho:

Ἤδη κουρίζων ἑτάροις μετὰ παισὶν ἄθυρεν.

Adde *Homer.* Odyss. *X.* 185. Proprio sensu pro *puerorum more agere et sapere Apollon. Rhod.* Lib. III. 134. adhibuit:

Καί κέν τοι ὀπάσαιμι Διὸς περικαλλὲς ἄθυρμα
Κεῖνο, τό οἱ ποίησε φίλη τροφὸς Ἀδρήστεια
Ἄντρῳ ἐν Ἰδαίῳ ἔτι νήπια κουρίζοντι.

Cum illis componendus similis fere eiusdem *Apollonii* locus Lib. I. 509.

64 *Ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδὼς*
Δικταῖον ναίεσκεν ὑπὸ σπέος.

Eodem sensu procul dubio de Iove capiendum in loco parallelo *Arati*, cui hic operam meam non equidem denegabo. Est ille versu 32.

Κρήτηθεν κεῖναι δὲ Διὸς μεγάλου ἰότητι
Οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅ μιν τότε κουρίζοντα
Δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν
Δικταῖοι Κούρητες, ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.

Variis modis eruditos viros occupatos tenuit hic locus, cum falsum omnino sit, antrum illud Dictaeum, in quo

Iupiter educatus traditur, prope Idam fuisse; id quod iam a *Strabone* fuit observatum, qui inde erroris *Aratum* incusat Lib. x. p. 330. *Καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλήσιον, οὐχ ὡς Ἄρατος — σχεδὸν οὔρεος Ἰδαίοιο· καὶ γὰρ χιλίους ἡ Δίκτη τῆς Ἴδης ἀπέχει πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀπ' αὐτῆς κειμένη.* Verum ipso *Arato* hoc peccatum non esse imputandum, sed corrupta scriptura sui Codicis *Strabonem* (quod aliis etiam locis optimo Geographo accidisse iam dudum alii monuere) deceptum, non sine ratione suspicari posses. Est enim, ne iam de forma inaudita *Δίκτον* pro *Δίκτη* dicam, plane inficeta et *Arato* indigna vulgata lectio. Ut difficultatem de medio removeret 65
magnus *Grotius*, (cuius sententiam vide apud *Graevium* in Addendis ad Lect. Hes. p. 139.) legendum divinavit *Λύκτῳ ἐν εὐώδει*, idque sine dubio ad exemplum *Hesiodi* Theog. vs. 477.

Πέμψαν δ' ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι.

Longe deteriori via instituit *Io. Meursius* in Cret. Cap. III. p. 74. et 85., qui ex nostro *Arati* loco apud *Hesiodum* reponere volebat *Δίκτον Κρήτης ἐς πίονα δῆμον*, duplici modo montis Dictaei nomen efferri ratus, *Δίκτη* et *Δίκτον*, idque auctoritate *Etymologi*, qui in voce, *Δίκτη*, inquit, *ὄρος τῆς Κρήτης καὶ ἄκρα, κειμένη κατὰ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. καλεῖται δὲ καὶ οὐδετέρως Δίκτον. Ἄρατος· ᾧ μ'* (sic) *ποτὲ κουρίζοντα Δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰουδαίοιο.* Locum, ex quo facile patet, apud *Aratum* legendum *ὅ μιν ποτὲ κουρίζοντα*, adscripsi, quemadmodum in Cod. MS. Leidensi legi in margine editionis suae notaverat vir, quem honoris gratia nomino, *L. C. Valckenaer*, qui tum huius tum aliorum librorum, quae singularis viri clarissimi humanitas est, usum liberaliter mihi concessit. Viden' autem, quam inepte descriptor Christianus de Iudaeis somnians pro *Ἰδαίοιο* posuerit *Ἰουδαίοιο*? *Δίκτον* praeterea agnoscit *Theon* ad *Aratum*. Verum utrumque mendosa 66

Arati scriptura deceptum puto: non enim *Δίκτον*, sed *Δίκτη* aliis audit. Confer *Strabonem* loco iam memorato, *Stephanum* et alios. Adde *Varronem* apud *Servium* ad *Virgilii* Eclog. 1. 66.

Quos magno Anchiale partus adducta dolore
Et geminis capiens tellurem Oeaxida palmis
Edidit in Dicta.

Quae sic Latine scripsit *Varro* ad exemplum *Apollon. Rhodii* Lib. I. 1130.

—— *οὕς ποτε νύμφη*
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσιν
Δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησε.

ubi vide, quam accurate *Apollonii* verba expresserit *Varro*. Unde non immerito quis suspiciosior concluderet, *Varronem*, si non plane *Apollonii* Argonautica Latino carmine expresserit, saltem multa inde transtulisse. Ceterum in *Arato*, ut macula adspersa tollatur, prae *Grotii* memorata coniectura placet scribere:

Λίκνῳ ἐν εὐώδει σχεδὸν οὔρεος Ἰδαίοιο
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν.

Sensus loci huc fere redit: *Iovem cunis in fragranti prope Idaeum montem Antro imposuere et totum an-*
67 *num nutrivere.* *Ἐν εὐώδει ἄντρῳ* eodem modo vide in Hymno Bacchi *Homero* vulgo adscribi solito, versu 6.

—— *ὃδ' ἀέξετο πατρὸς ἔκητι*
Ἄντρῳ ἐν εὐώδει —.

Λίκνον cunas vulgo dicit, quibus recens natos infantes imponere solebant veteres. Ita de Mercurio aliquoties in *Homerico* Hymno in Merc., ut versu 21. 63. 254. et 358., ubi versu 358. ita canit *Homerus*:

Ἐν λίκνῳ κατέκειτο μελαίνῃ νυκτὶ ἐοικώς
Ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι κατὰ ζόφον.

quae cum *Arati* loco componi merentur. Ipse *Aratus* de Mercurio v. 269.

—— *τὴν δ' ἄρ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνῳ*
Ἑρμείας ἐθόρησεν.

Verbum *κατατίθεσθαι* in re simili adhibuit *Theocritus*, cuius versus ad hunc ritum illustrandum peridoneos copiosius adscripsisse operae pretium fuit visum. Est locus Idyll. XXIV. in initio:

Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις
Ἀλκμήνα καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα,
Ἀμφοτέρους λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος,
Χαλκείαν κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα, τὰν Πτερελάου
Ἀμφιτρύων καλὸν ὅπλον ἀπεσκύλευσε πεσόντος.
Ἅπτομένα δὲ γυνὰ κεφαλᾶς μυθήσατο παίδων· 68
Εὕδετ' ἐμὰ βρέφεα γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον·
Εὕδετ' ἐμὰ ψυχά, δύ' ἀδελφεώ, εὔσοα τέκνα·
Ὄλβιοι εὐνάζοισθε καὶ ὄλβιοι ἀῶ ἵκοισθε.
Ὣς φαμένα δίνασε σάκος μέγα· τοὺς δ' ἔλαβ' ὕπνος.

Iam, ne ulterius dubites de nostra coniectura, subiungam similem de Iove cunis imposito locum *Callimachi* Hymn. in Iov. vs. 48.

—— *σὲ δὲ κοίμισεν Ἀδρήστεια*
Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ, σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αἰγὸς Ἀμαλθείης, ἐπὶ δὲ γλυκὺ κηρὸν ἔβρως.

ubi de antiquo ritu conferendus *Scholiasta* et *Spanhemius* in Observ. p. 18.

CAPUT XV.

Καλάβροψ et καλαύροψ scripsisse veteres notatur vocisque vera origo panditur. Dores saepe o in α vertisse, idque etiam in compositis locum habuisse, observatur. B loco spiritus ab Aeolibus et Doribus adhibitum. Βράκαλον idem ac ῥόπαλον. Vocis origo indagatur. Χαῖον, κορύνα, κορδύλα pro pedo pastorali. Huius pedi usus diversus. Propertius emaculatur.

V. 107. *Ποιμενίη δ' ὑπέκειτο βοῶν ἐλάτειρα καλάβροψ*] Diversam *καλαύροψ* et *καλάβροψ* scripturam passim agnoscunt veteres. Utraque quin olim viguerit, 69

dubitari nequit. Antiquissimam tamen, quaeque magis ad originem veram nos ducit, καλάβροψ esse puto; quam scripturam in *Homero* Il. Ψ. 845. etiam agnoscit *Scholiasta* vetus ad *Apollon. Rhodii* Lib. IV. 974., secus ac in hodiernis *Homeri* edd. *Hesychio* et *Apollonii Sophistae* Lex. Homerico Bibl. Coisl. p. 461. scribitur. Alterum καλαύροψ, quemadmodum plerumque scribi observat magnus *Hemsterhusius* ad *Lucianum* T. I. p. 257. (ubi et huius *Coluthi* loci mentionem faciens ποιμενικὴ pro ποιμενίη scribit), praefero ob sonum molliorem in *Apollon. Rhod.* IV. 974., ubi vulgo καλάβροψ, secus ac Lib. II. 33. In origine vocis designanda parum videre Grammatici et *Dausqueius*, quasi κάλον αὖον ῥέπον dici existimantes; partim non male, partim pessime. Ad veram originem detegendam facem praefert *Scholiasta Homeri* ad locum laudatum: *Καλαύροπα τὴν βουκολικὴν ῥάβδον. ἔστι δὲ ξύλον κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ῥοπὴν ἔχον, ὅ ἐστι βάρος.* A ῥέπω est ῥὸψ et praeposito κάλον secundum normam compositorum vulgarem καλόροψ, et hinc καλάροψ, quod e dialecto Dorica repetendum: notissimum enim Dores ο in α mutare, ut in εἴκοσι, Dorice εἴκατι, aliisque. Simile quid obtinet in multis Latinorum vocabulis, ut ἄροτρον *aratrum*, λούω *lavo*, aliisque. Eandem literarum ο et α permutationem locum habere in compositis, quale nostrum καλάροψ, disces ex simili vocabulo λυκάβας, cuius natales a λύκος, *lumen*, et βαίνω recte derivat *Martinius*. Illud autem καλάροψ, e dialecto Dorica et Aeolica β voci ῥὸψ praefixo, (quam in rem egregia vide a summo *Hemsterhusio* prolata ad *Hesychii* v. Θαβακόν,) peperit καλάβροψ. Ita nota sunt e Lexicis βρᾴδιον, βρᾳ, βρόδα, βέδος pro ῥᾴδιον, ῥᾳ, ῥόδα, ἔδος, aliaque. Quibus addendum vicinum cum nostro βράκαλον, quod a ῥόπαλον non nisi sono diversum. A ῥόπος, more Ionum π in κ mutato, fit ῥόκος. A ῥόκος et inde deducto ῥάκος duplex nomen βρόκος et βράκος, quorum

posterius produxit *βράκαλον* eodem modo, ut a *ῥόπος* *ῥόπαλον*, quod priori vocabulo interpretamenti loco haud raro inservit. Aliud pedi pastoralis nomen *χαῖον* vide apud *Apollon. Rhod.* Lib. IV. 972., ubi *Scholiastae* verba haec sunt: *Χαῖόν ἐστι καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται, κ. τ. λ.* Pro *καμπύλη βακτηρία Theocritus* habet *ῥοικὸν λαγώβολον* Idyll. IV. 49. idque idem, quod Idyll. VII. 18. *ῥοικὰ κορύνα* audit, ubi *Scholiasta* consulendus. *Κορδύλαν* vide pro *pedo* in *Etymologico* v. *Καλαύροψ*. De pedi pastoralis figura et usu sic *Tzetzes*, cuius verba ad *Lycophronis* Cassandr. vs. 96. ad hanc normam leviter emendo: *Ἡ δὲ καλαύροψ ῥάβδος ἐστὶ ποιμενικὴ, μικρὸν ἑκατέρωθεν ὑπόσκαμβος, ἣν ἐφιῶσι ἐπὶ τὰ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτῶντα.* Confer *Festum* de Latina voce *pedum*, unde lucem accipit *Longi* locus Pastoral. Lib. I. p. 8. *πῶς δεῖ νέμειν πρὸ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάσαντος τοῦ καύματος, πότε ἄγειν ἐπὶ πάτον, πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον, ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ.* Priori loco adde ex eodem libro p. 21. *καὶ ἔνεμεν οὔτε καλαύροπος πληγῇ οὔτε κέντρου προσβολῇ.* Alius etiam usus pedi pastoralis notandus, de quo *Broukhusius* ad *Propertium* L. IV. El. II. 39., ubi gemmae meminit apud *Gorlaeum*, in qua pastor baculo incurvus innititur cum lupa sub ficu duos infantes lactante, unde recte in *Propertio* emendarunt:

Pastorem ad baculum possum curvare, vel idem
Sirpiculis medio pulvere ferre rosam.

pro *possum curare*. Aliud tamen adhuc latet ex eodem fonte sanandum. Nisi me omnia fallunt, desideratur vocula *me* ad intellectum loci pernecessarium. Quare, binis modo literis transpositis, sic scribo:

Pastor me ad baculum possum curvare.

Addam *Longi* verba Lib. II. p. 34. *Καμὼν οὖν ὁ γέρων καὶ ἐπερεισάμενος τῇ βακτηρίᾳ καὶ ἅμα φυλάττων, μὴ* 72
φύγῃ, ἐπυνθανόμην, τίνος ἐστὶ τῶν γειτόνων καὶ τί βουλόμενος ἀλλότριον κῆπον τρυγᾷ.

CAPUT XVI.

Achilles Tatius emendatur. Fistulae pastoralis figura. Pollux corrigitur.

V. 109. *Ἀγροτέρην καλάμων κ. τ. λ.*] Copiosam et accuratam fistulae pastoralis descriptionem dedit *Achilles Tatius* L. VIII. p. 475., cuius locum, licet paulo copiosiorem, cum descriptorum incuria plurimum detrimenti passus fuerit, ut commode emendari et distingui posse reor, adscribam. *Ἡ σύριγξ αὐλοὶ μέν εἰσι πολλοὶ, κάλαμοι δὲ τῶν αὐλῶν ἕκαστος. αὐλοῦσι δὲ οἱ κάλαμοι πάντες ὥσπερ αὐλὸς εἷς. σύγκεινται δὲ στοιχηδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλον ἡνωμένος. τὸ πρόσωπον ἰσοστάσιον, καὶ τὸ νῶτον ἄνισοί εἰσι τῶν καλάμων βραχὺ μακρότητι λειπόμενοι· τούτων μείζων ὁ μετὰ πρῶτόν ἐστιν ὁ δεύτερος τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου καὶ μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς, ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἄνισον ἔχων, τὸ δὲ ἔσω μέσον ἐστὶ τῶν περιττῶν. αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης τάξεως ἡ τῆς ἁρμονίης διανομή· τὸ μὲν γὰρ ὀξύτατον ἄνω, καὶ ὅσον εἰς τὸ κάτω πρῶτον βαρὺ κατὰ κέρας ἑκάτερον ὁ ἄκρος ἔλαχεν αὐλός. τὰ* 73 *δὲ μεταξὺ τῶν ἄκρων τοῦ ῥυθμοῦ διαστήματα πάντες οἱ μεταξὺ κάλαμοι ἕκαστος ἐπὶ τὸν πέλας τὸ ὀξὺ καταφέρων εἰς τὸ τελευταῖον συνάπτει βαρεῖ.* Quae de hoc loco notavit magnus *Salmasius*, pleraque a mente auctoris aliena sunt praeter unam et alteram coniecturam, quibus lubens subscripsi. Per *πρόσωπον ἰσοστάσιον* intelligo partem anteriorem, ubi calami aequali erant longitudine, quamque ori applicatam pastores flatu percurrebant. Huic oppositum *τὸ νῶτον*, ubi calami impares, *ἄνισοι βραχὺ μακρότητι λειπόμενοι*. Ne de hac fistulae figura dubites, facit praeter alios *Pollux* L. IV. 69., ubi quae *Salmasius* eiusque vestigiis insistens *Kuhnius* de duplici fistulae genere notant, nullo nituntur fundamento. *Pollucis* verba, in quibus emendandis viris hisce doctissimis aqua haesit, sic facile corrigi possunt:

ἡ μὲν οὖν (σύριγξ) καλάμων ἐστὶ συνθήκη λίνῳ καὶ κηρῷ συνδεθεῖσα, ᾗ αὐτοσχέδιοι αὐλοὶ πολλοὶ ἕκαστος κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑκάστῳ ὑπολήγοντες etc., ubi nihil aliud, quam duplicem eiusdem fistulae descriptionem vides. In *Tatii* loco per τὸ δὲ ἔσω μέσον ἐστὶ τῶν περιττῶν intelligo mediam fistulae partem, quae media longitudine erat inter partes, quibus singuli calami a sequente longitudine differebant: has enim, nisi fallor, hic τὰ περιττὰ vocat. Ceterum de materia, ex qua conficiebatur fistula, aliis- 74
que ad eam pertinentibus praeter *Achillem Tatium* et *Pollucem* vide quae notavit doct. *Broukhusius* ad *Tibullum* L. II. Eleg. V. p. 256. et 257.

75 IOANN. DANIEL. A LENNEP

LIBER SECUNDUS

ANIMADVERSIONUM

AD

COLUTHUM.

CAPUT I.

Coluthi locus examinatus. Βοὴν ἀδίδακτος, βοῆς ἀδίδακτος, indocilis. Echo non nisi sonum reciprocum edere notatur. Cur ἔλλοψ dicta Echo. Emendatur Satyri Epigramma in Anthologia. Ἄγλωσσος. *Echo Panis socia et coniux,* Ἀδίδακτος, ἄπειρος, ἀμύητος. Μύστης *et* μυστήρια Ἀφροδίτης. *Musaeus emaculatur.*

V. 115. Βοὴν ἀδίδακτος ἐοῦσα] Videri posset noster distinctionem admisisse inter locutiones *βοὴν ἀδίδακτος* et *βοῆς ἀδίδακτος*: ut nempe *βοὴν ἀδίδακτος* sit is, 76 *qui a natura et sua sponte vocalis et resonabilis est*, quae elegans cl. *D'Orvillii* interpretatio est: quare nec ego vertere dubitavi *indociles clamores edens.* Ἀδίδακτος in *Gloss.* vertitur *Indocilis.* Vocem Latinam hoc sensu venustissime adhibuit *Propertius* Lib. I. El. II. 9.

Adspice, quot submittat humus formosa colores
Et veniant hederae sponte sua melius,
Surgat et in solis formosius arbutus antris
Et sciat indociles currere lympha vias,

Litora nativos per se dent picta lapillos
Et volucres nulla dulcius arte canant.

ubi *sponte sua*, *indociles*, *per se et nulla arte* tanquam *ἰσοδυναμοῦντα* coniunxit Poëta. Cum tamen noster *ἀδίδακτος*, *ἀδαήμων* aliaque huiusce generis ad exemplum *Nonni* aliorumque Poëtarum cum additis nominibus frequenter adhibeat et nunquam non cum genitivo construat, crediderim fere, eandem hic loquendi normam eum secutum dedisse *βοῆς ἀδίδακτος* sensu vulgari, quod in Echo recte quadrat, quippe quae re vera nullum sonum nisi reciprocum edere valebat; quam in rem egregius *Ovidii* locus Metam. III. Fab. v. 359. notus est:

Corpus adhuc Echo, non vox erat, et tamen usum 77
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat,
Reddere de multis ut verba novissima posset.

Hinc ratio reddi potest epitheti Echus in Fistula *Theocriti*, ubi *ἔλλοψ κούρα* audit. Conferri meretur Epigramma *Satyri* in *Anthologia* L. IV. C. X. 2.

Ποιμενίαν ἄγλωσσον ἀν' ὀργάδα μέλπεται Ἀχὼ
Ἀντίθρουν πτανοῖς ὑστερόφωνον ὅπα.

ubi forsan legendum *ἄγλωσσος*, idque ad Echo referendum, quae sic recte dici poterat, ut in *Theocriti* Fistula *ἔλλοψ* et forte a nostro *βοῆς ἀδίδακτος*. *Ἀγλώττους Pollux* L. VI. 145. dici tradit, qui parum ob impotentiam loqui valent. Posses etiam non ineleganter scribere:

Ποιμενίαν εὔχλωρον ἀν' ὀργάδα μέλπεται Ἀχὼ.

idque forte rectius. Aliam medelam hac occasione admovendam eidem Epigr. requiri censeo in *πτανοῖς*, quod, licet aliqua specie defendi posse non negem, quovis tamen pignore contenderim scribendum:

Ἀντίθρουν Πανὸς ὑστερόφωνον ὅπα. 78

Confer ibidem Epigr. 5.

Ἀρκαδικὰ θεός εἰμι, παρὰ προθύροις δὲ Λυαίου
Ναίω φθεγγόμενον μῦθον ἀμειβομένα.

Οὐκ ἔτι γὰρ στυγέω, Βακχεῦ φίλε, τὸν θιασώταν
Τὸν τεόν. ἔρχεο, Πὰν, ξυνὰ λέγωμεν ἔπη.

Adde C. xxx. Epigr. 1. Sic Echo *Πανὸς ἑταίρα* alibi in *Anthologia*, pro quo apud *Orpheum* Suffim. Panis p. 108. v. 9. *Ἠχοῦς φίλος* Pan dicitur. Imo Pana Echus maritum dictum vid. C. xii. Epigr. 86.

Ὑλοβάτας, φιλόδενδρος, ὀρεσσαύλου πόσις Ἀχοῦς,
Πάνσκοπος εὐκεράου μαλοφύλαξ ἀγέλας.

Ibid. *Βοὴν ἀδίδακτος*] Praecedente observatione dixi, legendum mihi videri *βοῆς ἀδίδακτος* locutione Nostro familiari. Iam itaque hunc usum vocis *ἀδίδακτος* similiumque verbo illustrabo. Ita *Oppian.* Hal. iv. vs. 38.

—— *ὡς μή τι τεῆς ἀδίδακτον ἀνάγκης*
Λείπηται.

Addo e recentioribus *Musaeum* v. 31.

Κύπριδος ἦν ἱέρεια, γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα
Πύργον ἀπὸ προγόνων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ.

79 quem locum cum *Colutho* componas v. 31., ubi *γάμων ἀδίδακτος Ἀθήνη*. Hic non omittendum, in *Musaei* loco, quem non immerito de menda suspectum habuit cl. *Schraderus*, mihi legendum videri *Πύργον ἀπόπρο γονέων*, quando synizesis in *γονέων* admittenda, vel *ἀπόπρο δόμων*. Horum prius tamen verius puto ob illud *Nonni*:

—— *πατέρων γὰρ ἀπόπροθι δώματα ναίω.*

cuius loci iam meminit vir clar. in Animadv. ad *Musaeum*. Haec iam scripseram, cum novam *Diodori Siculi* editionem usurpare mihi contigit, ubi Tom. ii. p. 468. a summo *Wesselingio Musaei* locum hoc modo emaculatum vidi:

—— *γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα*
Πύργον ἐπὶ προβόλων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ.

Cui emendationi firmandae egregie accommodata Epigrammatis pars a *Salmasio* Plin. Exercit. p. 479. editi, ubi de Pharo prope Alexandream loquitur:

Πύργος ὅδ' εἰναλίης ἐπὶ χοιράδος ——.

Sed in viam. Similem usum apud Graecos fere habet ἄπειρος. *Xenophon Ephes.* L. I. p. 6. l. 9. ἄπειρος ὢν, *Ερως, ἔτι τῶν σῶν ὑπερηφάνουν.* Ἀπείρατος simili sensu 80
adhibuit *Heliodorus* Aethiop. III. p. 154. *τοσοῦτον αὐτῷ τὸ κακὸν ἐνσκῆψαι, καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ πόθου φλέγεσθαι, πρῶτον καὶ ταῦτα πειρώμενον ἔρωτος. ὁμιλίας γὰρ ἔτι γυναικὸς ἀπείρατος εἶναι διετείνατο πολλὰ διομνύμενος.* Eodem quoque modo frequens usus vocis ἀμύητος potissimum in amore, ut apud *Aristaenetum* L. II. Ep. VII. p. 226. *Παρθένος γὰρ, ἅτε τῆς Ἀφροδίτης ἀμύητος ἔτι, τὴν συνουσίαν ἀτερπῆ ἐστι.* Contra μύστης aliquando dicitur, qui sacris Veneris operatur, unde verbum μυσταγωγεῖν de Venere apud *Tatium* L. II. p. 107. Sic apud *Alciphronem* L. I. Ep. XIX. *ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀνθρώπου θεῷ μυσταγωγοῦντι πυρφόρῳ καὶ τοξοφόρῳ πειθόμενος.* Eadem metaphora *μυστήρια Αφροδίτης* vel ὄργια Ἀφροδίτης haud raro Veneris sacra appellantur a scriptoribus. Horum posterius in corrupto *Musaei* loco occurrit v. 145.

—— *ἣν δ' ἐθελήσῃς*
Θεσμὰ θεῆς ἐρόεντα καὶ ὄργια πιστὰ δαῆναι,
Ἔστι γάμος καὶ λέκτρα.

Suspectum mihi admodum epitheton πιστὰ, quod hic sane cum ὄργια iunctum vix admitti potest. Videtur scribendum: — *καὶ ὄργι' ἄπυστα δαῆναι.* Hero enim Veneris mysteriorum adhuc ignara erat, quae adeoque recte eius respectu ἄπυστα et *ignota* dici poterant.*)

[*) Conf. Dorvillius ad Chariton. p. 444. ed. Lips. *G. H. S.*]

81

CAPUT II.

Emendatur aliquoties Musaeus. Cupidinis tela acuta in amore. Reiskii elegans coniectura in Musaei loco adprobatur. Ἄντα verbis videndi iunctum.

Cum antea *Musaei* mentio sit iniecta, liceat hoc Capite pauculas coniecturas, quae aliquando, dum hunc poëtam evolverem, in mentem venerunt, proponere. Ut itaque levioris momenti loca mittam, adscribam vs. 18.

——Ἔρως δ' ἀνὰ τόξα τιτάινων
Ἀμφοτέρῃς πολίεσσιν ἕνα ξυνέηκεν ὀϊστὸν,
Ἤθεον φλέξας καὶ παρθένον.

Verbum ξυνέηκεν pro simplici ἔηκεν positum non fero: ξυνιέναι enim constanti usu fere ad animum translate significat *intelligere* vel simile quid. Atque hoc sensu frequentatum ab ipso *Musaeo* vide v. 103.

Αὐτὴ δ' ὡς ξυνέηκε πόθον δολόεντα Λεάνδρου,
Χαῖρεν ἐπ' ἀγλαΐῃσιν.

Adde v. 108.

——Ὁ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἰάνθη,
Ὅττι πόθον ξυνέηκε καὶ οὐκ ἀπεσείσατο κούρη.

82 Hinc itaque potissimum motus et, quid sensui totius loci accommodatum videretur, circumspiciens non male legi posse animadverti:

Ἀμφοτέρῃς πολίεσσιν ἓν' ὀξὺν ἔηκεν ὀϊστόν.

Ne dubites de sensus bonitate, praeter alios *Ovidius* faciet, qui in simili negotio Cupidinis *tela acuta* celebrat L. v. Metam. vs. 381.

—— *dixit Venus: ille* (Cupido) *pharetram*
Solvit et arbitrio matris de mille sagittis
Unam seposuit, sed qua nec acutior ulla est,
Nec minus incerta est, nec quae magis audiat arcum.

Pergo ad locum illum vexatissimum versu 213., ad

quem nullus fere interpretum est qui non aliquid tentaverit:

Μοῦνον ἐμοὶ ἕνα λύχνον ἀπ' ἠλιβάτου σέο πύργου
Ἐκ περάτης ἀνάφαινε κατὰ κνέφας· ὄφρα νοήσας
Ἔσσομαι ὁλκὰς Ἔρωτος, ἔχων σέθεν ἀστέρα λύχνον·
Καί μιν ὀπιπτεύων οὐκ ὄψομαι δύντα Βοώτην,
Οὐ θρασὺν Ὠρίωνα καὶ ἄβροχον ὁλκὸν Ἁμάξης,
Πατρίδος ἀντιπόροιο ποτὶ γλυκὺν ὅρμον ἱκοίμην.

Hic obiter monendum vs. 210. mihi valde pro vulgata arridere *Μοῦνον ἐμοί τινα λ.* Ceterum antequam emendationem adscribam, verbo commemoranda do- 83
ctissimi *Reiskii* coniectura, quam in Addendis ad *Introduct. Anatomic.* haud ita pridem vulgatam a *I. S. Bernardo* proposuit, nempe versum 215. *Πατρίδος ἀ. π. γ. ὅ. ἱ.* alio transponendum esse, et quidem post v. 212.; a qua emendatione, ut equidem opinor, certissima recedendum nullo modo puto. Iam, quid de illis *οὐκ ὄψομαι δύντα Βοώτην* statuendum sit, videamus. Prae ceteris elegans *Gulielmi Canteri* coniectura, qui Nov. Lect. L. I. Cap. II. ex *Homeri* Od. *E.* 272. legendum putat *οὐκ ὀψὲ δύοντα Βοώτην;* quae emendatio cum adeo speciosa sit, mirum non est, eam amplexos esse duumviros egregios, *Röverum* et *Schraderum.* Attamen duriusculum auribus meis accidit omnes illos, qui sequuntur, accusativos ab uno participio *ὀπιπτεύων* pendere, cum multo rectius praecederet verbum *ὄψομαι* vel simile quid, quocum coniungerentur sequentia. In vocabulo *δύντα* itaque solummodo mendam quaerendam puto atque leni mutatione pro eo scribendum *ἄντα*: quando nihil erit, quod merito desideres. *Ἄντα* verbis videndi iunctum quid sit, docere supersedeo et notum pono. Totum itaque locum sic emendare iam in proclivi erit:

Μοῦνον ἐμοί τινα λύχνον ἀπ' ἠλιβάτου σέο πύργου 84
Ἐκ περάτης ἀνάφαινε κατὰ κνέφας, ὄφρα νοήσας

Πατρίδος ἀντιπόροιο ποτὶ γλυκὺν ὅρμον ἱκοίμην.
Ἔσσομαι ὁλκὰς Ἔρωτος, ἔχων σέθεν ἀστέρα λύχνον,
Καί μιν ὀπιπτεύων οὐκ ὄψομαι ἄντα Βοώτην,
Οὐ θρασὺν Ὠρίων', οὐκ ἄβροχον ὁλκὸν Ἀμάξης.

Sequuntur mox versu 219. et seqq.

Ἀλλὰ, φίλη, πεφύλαξο βαρυπνείοντας ἀήτας,
Μή μιν ἀποσβέσσωσι, καὶ αὐτίκα θυμὸν ὀλέσσω,
Λύχνον, ἐμοῦ βιότοιο φαεσφόρον ἡγεμονῆα.

Merito doctos offendit hemistichium illud: *καὶ αὐτίκα θυμὸν ὀλέσσω.* Suspicor sub voce *θυμὸν* vel epitheton, quod apte cum *λύχνον* coniungi posset, vel, quod verius censeo, ipsum vocabulum *λύχνον* coniungi posset, vel, quod verius censeo, ipsum vocabulum *λύχνον* latere, et repetitione non minus eleganti quam *Musaeo* familiari scribendum:

—— *καὶ αὐτίκα λύχνον ὀλέσσω,*
Λύχνον ἐμοῦ βιότοιο φαεσφόρον ἡγεμονῆα.

Hanc in rem adscribi meretur *Musaei* locus non longe ab initio:

Νηχόμενόν τε Λέανδρον ὁμοῦ καὶ λύχνον ἀκούω,
Λύχνον ἀπαγγέλλοντα διακτορίην Ἀφροδίτης,
Ἡροῦς νυκτιγάμοιο γαμοστόλον ἀγγελιώτην,
Λύχνον ἔρωτος ἄγαλμα κ. τ. λ.

85 Unicus adhuc locus, qui potissimum medicam manum efflagitat, subiungendus vs. 297., quem partim ex emendatione cl. *D'Orvillii* sic scribo:

—— *τυπτομένην δὲ*
Ἤδη νῆα μέλαιναν ἀνέλκυσε διχθάδι χέρσῳ
Χειμερίην καὶ ἄπιστον ἁλυσκάζων ἅλα ναύτης.

Non immerito viros eruditos illud *διχθάδι* offendit, cum vox spuria sit et Graecis auribus plane inaudita. Notum est olim appropinquante hieme nautas terram patriam et suetas sibi sedes petere. Hinc non dubito aptissimum epitheton *Musaeo* restituere legendo:

Ἤδη νῆα μέλαιναν ἀνέλκυσεν ἠθάδι χέρσῳ.

Ἤθεα pro sedibus, ubi quis degere solet, antea in Notis

ad *Coluthi* vs. 108. vidimus. Adiectivum ἠθὰς *Musaeus* adhibuit postea v. 302.

διακτορίη δέ σε πύργου
Ἠθάδα σημαίνουσα φαεσφορίην ὑμεναίων.

CAPUT III.

86

Ramosa domus, ὄροφος. *Anthologia emendatur.* Χορὸς, χορεῖος. *Aelianus emaculatur. Coluthi locus examinatus et correctus.* Υ *in* φυτὸν *breve. Apollonius Rhodius eiusque Scholiasta, nec non Anthologia emendantur. Pastores medio die sub arborum tegmine se fistula oblectabant olim.* Ἐπὶ τούτῳ.

V. 119. Ὑψιλόφοιο φυτῶν ὑπένερθε καλύπτρης] Respondet fere *Virgilii* illud:

Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
Silvestrem tenui Musam meditaris avena.

Ramosa domus Propertio audit L. IV. El. IV. 5. Plura hanc in rem notat doct. *Broukhusius* ad *Tibull.* L. I. El. IV. 1. Eiusmodi arborum tegmen ὄροφος *Achilli Tatio* dicitur L. I. p. 5. Huc pertinet Epigr. in *Anthologia* L. I. Cap. XX. 6.

Κλῶνες ἀπηόριοι ταναῆς δρυὸς, εὔσκιον ὕψος
Ἀνδράσιν ἄκρητον καῦμα φυλασσομένοις,
Εὐπέταλοι, κεράμων στεγανώτεροι, οἰκία φωτῶν,
Οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρέμονες.

Dum huius Epigrammatis mentio fiat, non possum, 87
quin obiter levem, quae praecedens eiusdem Capitis Epigramma foedat, maculam tollam, etsi proprie ad rem minus facit. Legitur:

Αὐτοθελεῖς καρποὺς ἀποτέμνομαι. ἀλλὰ πεπείρους
Πάντα, μὴ σκληροῖς τύπτετε χερμαδίοις.
Μηνίσει καὶ Βάκχος ἐνυβρίζοντι τἀκείνου
Ἔργα· Λυκούργειος μὴ λαθέτω σε τύχη.

prius distichon vix intelligi poterit, nisi scribas:

Αὐτοθελεῖς καρποὺς ἀποτέμνομαι, ἀλλὰ πεπείρους
Πάντας. μὴ σκληροῖς τύπτε με χερμαδίοις.

τύπτε, non *τύπτετε*, legendum, patet ex addita, quae mox sequitur, vocula *σε*.

V. 122. *Χορὸν εὐκελάδων δονάκων*] Χορὸς tam de actione quam saltantium multitudine poni notum est. Priori sensu ipse *Coluthus* statim in initio:

Εἰς χορὸν Ἰδαίῃσιν ἐπαντέλλεσθε χορείαις.

Posteriori sensu eximie Musis tribuitur. Noster vs. 24. *Μουσάων χορὸς*, et sic leviter emendandum Epigramma apud *Pausaniam* L. v. Cap. XVIII. p. 423.

Λατοΐδας οὗτος τάχ' ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Μοῦσαι δ' ἀμφ' αὐτὸν χαρίεις χορὸς, αἶσι κατάρχει.

88 Malo *Μοισᾶν δ' ἀμφ' α. χ. χ.* Hinc deductum χορεῖος de eo adhiberi solet, quod aptum saltationi est, unde *μέλος χορεῖον*, *ἀοιδὴ χορεία* aliaque. Ad hanc itaque normam *Aeliani* verba emendanda, quae L. VI. Cap. XXXII. Hist. Anim. leguntur: *Οἱ δὲ τῇ Μαρίᾳ* (scribe *Μαρείᾳ*) *λίμνῃ προσοικοῦντες τὰς θρίσσας θηρῶσι τὰς ἐκεῖθεν ᾠδῆς μέλει γοερωτάτῳ καὶ κρότῳ ὀστράκων ὁμοῤῥοθοῦντι πρὸς τὸ μέλος. αἱ δὲ ὥσπερ ὀρχούμεναι ὑπὸ τῷ μέλει πηδῶσι καὶ ἐμπίπτουσι τοῖς θηράτροις, ἅπερ οὖν αὐτοῖς προσπεπέτασται, καὶ λαμβάνουσιν οἱ Αἰγύπτιοι θήραν εὔοψον σὺν χορείᾳ τε καὶ παιδιᾷ.* Quid sibi velint verba *ᾠδῆς μέλει γοερωτάτῳ*, parum perspicio, nec fere dubito, quin sit scribendum: *ᾠδῇ συμμελεῖ καὶ χορειοτάτῃ*. Sic in Inscriptione huius capitis, quae ex ipsis *Aeliani* verbis desumta est: *Περὶ τῶν Αἰγυπτίων θρισσῶν τῶν αἱρουμένων κρότῳ ὀστράκων καὶ συμμελεῖ τῇ ᾠδῇ*. Quod autem ad alterum illud epitheton χορειοτάτῃ, eo haud sane obscure ducunt sequentia *Aeliani* verba, ubi dicit, Aegyptios *θήραν εὔοψον λαμβάνειν σὺν χορείᾳ τε καὶ παιδιᾷ*. Ceterum ex hac significatione vocis χορὸς repetenda altera, qua pro *serie* vel *ordine* poni solet, ut nostro loco *χορὸς δονάκων*. Sic *οὐράνιον χορὸν ἄστρων Manetho* dixit Apot. L. v. 7. *χορὸς κιό-*

νων Achilles Tat. L. I. p. 51. et *χορὸς καλάμων* Lib. VIII. p. 475., ubi etiam de fistula aeque ac nostro loco ponitur.

V. 122. —— *ἐπὶ φυτῶν ἐάσας*] De corruptela huius 89
loci nemo dubitabit. Hanc variis modis tollere adnisi sunt eruditi. *Brodaeus* et post eum *Stephanus*, nec non *Falkenburgius* aliique coniecerunt *ἐπὶ φυτοῦ ἐάσας*, ita metrum recto pede incedere rati. Verum cum prima in *φυτὸν* nunquam non corripiatur a poëtis, merito hanc scripturam reiecit cl. *D'Orvillius*, cuius coniecturam vide in Notis ad hunc locum, ubi *ἐπὶ φιτροῦ* legendum monet: *ι* enim in his nominum formis constanti usu producitur. Quam in rem vide cl. *Schraderum* Animadv. ad *Musaeum* C. XII. p. 226. quemque ibi adfert, virum doctum in Observ. Misc. Vol. II. p. 196. et seqq. Unde *Apollonii* locus leviter adhuc emendandus L. IV. Argon. vs. 807.

Τέκνα τε φιτύσαιο, θεοὺς δ' ἐ. δ.

Male ibi *φυτήσαιο*. Apud *Schol.* itidem legendum: *φιτύσαιο, φιτῦσαι, φυτεῦσαι, βλαστῆσαι.* non *φυτήσαιο, φυτῆσαι. Φυτουργὸς* etiam minus recte primam productam habet in *Anthologia* L. I. Cap. XX. Ep. 2., ubi vulgatam ad hanc normam leviter mutandam censeo:

Ἡ πάρος ἐν δρυμοῖσι νόθης ζείδωρος ὀπώρης
Ἀχρὰς θηροβότου πρέμνον ἐρημοσύνης
Ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος ἦμερα θάλλω,
Οὐκ ἐμὸν ἡμετέροις κλωσὶ φέρουσα βάρος.
Πολλῆ σοῖο, φυτουργὲ, πόνου χάρις.

Vulgo *Πολλή σοι.* Posses etiam forsan: *Πολλή σοι, φι-* 90
τουργέ. Aliam coniecturam super nostro loco adscripserat vir doctus ad Aldin. editionem, nempe *ἐπὶ φηγὸν ἐάσας*, ubi etiam alia manu adscriptum erat *ἐπὶ φυτὸν* vel *φυτῷ ἐλάσσας.* Quod posterius verbo indicasse sufficiat, cum sua sponte satis se destruat. Priori coniecturae respondet, quod aliquando ex amicis meis quidam suspicatus fuerat, *ἐπὶ φηγοῦ ἐάσας*, quod elegans

sane et loco appositum. Solebant enim saepe medio die sub arborum et maxime quercuum vel fagorum alto tegmine ad radios solares arcendos se fistula oblectare pastores. Credidi et ipse aliquando legendum *ὑπὸ φηγὸν ἑάσας*: nec forsan ab hac scriptura longe discedendum. Si adhuc aliam quis desideret coniecturam, posset suspicari legendum:

Καὶ χορὸν εὐκελάδων δονάκων ἐπὶ τούτῳ ἑάσας.

Visis deabus una cum Mercurio accedentibus, Paris prae metu surrexerat et dearum conspectum fugiebat. Fistula itaque, quae prae metu, dum haec accidebant, manibus eius exciderat, amissa, cantilenam suam abrupit Paris. Ea enim vis praepositionis *ἐπὶ* est, de quo usu consuli poterit *Vigerus* de Id. L. Gr. Cap. IX. sect. IV. §. XV., ubi *ἐπὶ τούτῳ* recte vertit *sur sela*, *sur* vel
91 *en ces entrefaites*. Non male itaque nostro in loco verteres: *dum haec accidebant*. Unico *Moschi* loco, ubi *ἐπὶ* hoc sensu legitur, absolvam, quando huic notae finem imponam. Est ille Idyll. III. vs. 81.

—— *σῷ δ' ἐπ' ὀλέθρῳ*
Δένδρεα καρπὸν ἔριψε, τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.

CAPUT IV.

Μειδιᾷν tum alias tum in amore frequens, μειδίαμα. Alciphron emendatur. Ἀσπαίρειν. Venus φιλομμειδής. Scholiasta Homeri leviter corrigitur. Ἀφρογένεια Veneris epitheton. Hesiodi verba emaculantur eique versus aliquot abiudicantur.

V. 134. *Χειρῶν μειδιόωντα*] *Μειδιᾷν* in genere de *leni risu* poni, docet *Aeliani* locus Var. Hist. L. IV. Cap. IX. p. 351., ubi de Platone: *ὁ δὲ ῥῆμα ὑπομειδιάσας, ὥσπερ οὖν καὶ εἰώθει, Ἀλλ' ἐγώ, φησὶν, αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι.* Adde *Theocrit.* Idyll. VII. 20.

—— καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρὼς
Ὄμματι μειδιόωντι (γέλως δέ οἱ εἴχετο χείλευς)·
Σιμιχίδα, κ. τ. λ.

Vide etiam *Hesiod.* Theog. v. 547. Non male itaque nostro in loco ad Minervam referretur legendo *μειδιόωσα*, quam scripturam antea in Notis iam memoravi. In amore frequenter admodum praeter alios obvium apud *Heliodorum* et *Achillem Tatium*; unde *μειδίαμα* eleganter adhibuit *Longus* L. II. p. 40. Quin et *Hesiodus* Theog. v. 205. coniunxit: 92

Παρθενίους τ' ὀάρους μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε
Τέρψιν τε γλυκερὴν φιλότητά τε μειλιχίην τε.

Vide quae ibi *Scholiasta* notavit. Hinc de risu meretricio in vexatissimo *Alciphronis* loco L. I. Ep. XXXIX. p. 192. ἀλλ' οὐ τρέμει νὴ Δία. ἀλλ' ὑπομειδιῶσα ὥσπερ ἡ Μυρρίνη. καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφὺν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, ὥστε ἀνακροτῆσαι πάσας καὶ νίκην ἀποφῆνασθαι τῆς Θρυαλλίδος. Scrupulum, qui *Berglerum* impulit ad vulgatam mutandam, removebis facile, modo aliter interpungas: ἀλλ' οὐ τρέμει νὴ Δία. ἀλλ' ὑπομειδιῶσα, ὥσπερ ἡ Μυρρίνη καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς. quando ὑπομειδιῶσα ad Thryallidem referri debet et sensus huc fere redit: *Leviter vero subridens* (Thryallis) *aeque ac Myrrina nates agitando tantam vibrationem excitavit* etc. Miror, eundem virum doctum non offendisse, quod mox sequitur: καὶ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὸν ὀσφὺν τῇδε καὶ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν. ubi duplex mendae indicium sese offert, tum ingrata τοῦ ὥσπερ, quod modo praecesserat, 93
repetitio, tum praeterea illud ῥέουσαν: videtur enim verbum vel participium aliquod motum longe fortiorem exprimens desiderari. Non inelegans lectio proinde evaderet, si pro binis vocibus ὥσπερ ῥέουσαν substituas ἀσπαίρουσαν. *Hesychius*: Σπαίρει, ἅλλεται, σκιρτᾷ, πηδᾷ. Ex illo quem supra memoravi verbi μειδιᾷν usu

ratio reddenda, cur Veneri potissimum epitheton φιλομειδὴς tribuatur, quod apud *Homerum* aliosque poëtas frequens est. *Scholiastae Homeri* verba de eo ad Il. Γ. 424. ita leviter corrigenda: *Φιλομειδὴς, ἡ φιλόγελως καὶ ἱλαρὰ καθ' Ὅμηρον· κατὰ δὲ Ἡσίοδον, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, ὅ ἐστι τῶν αἰδοίων.* Confer ad Il. Δ. 10., ubi notanda differentia scripturae, qua secundum *Hesiodum* φιλομμηδὴς dici tradit. Sed cum in priori scholio nulla huius diversae scripturae mentio fiat, a recentiori manu profectum illud censeo. Versus *Hesiodi*, ad quem respicit *Scholiasta*, est Theog. v. 200., ubi cum haud sane difficultate careant Poëtae verba, paucula subiunxisse non erit inutile.

Ἐκ δ' ἔβη αἰδοίη καλὴ θεός· ἀμφὶ δὲ ποίη
Ποσσὶν ὑπὸ ῥαδινοῖσιν ἀέξετο. τὴν δ' Ἀφροδίτην
Ἀφρογένειάν τε θεὰν καὶ ἐϋστέφανον Κυθέρειαν
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη· ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις·
Κυπρογένειαν δ', ὅττι γένοιτο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ·
Ἠδὲ φιλομμηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη.

94 Versu primo forsan pro *αἰδοίη* scribendum *αἰδοίων*, quo ducere videtur tum addita praepositio *ἐκ*, tum etiam vs. 200., ubi eodem modo fere *μηδέων ἐξεφαάνθη*. Imo dubito, an non hanc scripturam ante oculos habuerit *Scholiasta*, dum *αἰδοίη* interpretatur *τιμία, ἢ ἀπὸ αἰδοίων*. Verum difficilior nodus se offert, cum Venerem *Ἀφροδίτην*, *Ἀφρογένειαν* et *Κυθέρειαν* dictam tradat propterea, quod in spuma sit educata, et tamen mox iterum *Κυθέρειαν* recte derivet a Cytheris. Imo si quis contenderet, ipsum illud Veneris nomen *Ἀφρογένειαν* *Hesiodi* tempore nondum fuisse cognitum, non forte a vero aberraret multum. Apud *Homerum* certe, *Hesiodi* fere aequalem, nunquam, apud *Hesiodum* non nisi hoc loco invenies. His itaque nixus rationibus ver-

sum 3. huius loci vix pro genuino *Hesiodi* foetu agnosco. Eiusdem farinae esse versum illum,

Κυπρογένειαν δ', ὅττι γένοιτο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.

numeri non obscure indicant. Praeterea, quo minus credam ab *Hesiodo* profectum, facit, quod *Κυπρογένεια* tantum Veneris sit epitheton, non proprium nomen, ut *Ἀφροδίτη* et *Κυθέρεια*. Ita Hymno *Homerico* IX. in initio coniunguntur:

Κυπρογενῆ Κυθέρειαν ἀείσομαι, ἣτε βροτοῖσι 95
Μείλιχα δῶρα δίδωσιν, ἐφιμερτῷ δὲ προσώπῳ
Αἰεὶ μειδιάει καὶ ἐφιμερτὸν φέρει ἄνθος.

Scripsi *ἐφιμερτῷ* et *ἐφιμερτὸν* pro *ἐφ' ἱμερτῷ* et *ἐφ' ἱμερτὸν*, ut vulgo legitur male. Eandem ob rationem tertium fere his versibus spurium adnumerarem ipsum illum versum 200. *Ἥδὲ φιλομμηδέα, κ. τ. λ.* Cui accedit inepta illa, quae ibi panditur, origo vocis *φιλομμειδής*: neque enim veteres unquam *φιλομμηδὴς* per *η* scripsisse facile quis mihi persuadebit. Videtur itaque tantum duorum nominum *Κυθέρεια* et *Ἀφροδίτη*, quae Veneri propria, origines tradidisse his verbis:

—— *τὴν δ' Ἀφροδίτην*
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη, ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις.

CAPUT V.

Manetho variis mendis liberatur et versus in eo spurius indicatur. Virgilius emendatur eique versus adiudicatur. Arae.

Non possum, quin hoc Capite e multis loca bina subiungam, quae praeter modo memorata *Hesiodi* verba manus recentioris indicia clara habent. Primum itaque 96
locum teneat *Manethonis* illud L. III. 249.

Τῆμος γὰρ πτωχοὶ πανδήμιοι ἰνδάλλονται

Ὀθνείῃσι θύρῃσιν ἐφεστιῶτες (l. ἐφεστηῶτες)
ἀνάγκῃ,
Ἢ καὶ ἐφημερίης δαίτης χάριν αἰνὰ μογεῦντες,
Ἄλληκτον καμάτοισιν ὀϊζυροῖς φθινύθοντες,
Εἰ μή πως Εὐεργὸς ὀρφὴ σχήματα ταῦτα.
Καὶ πουμῳ στυγερῷ ζωῆς ἐπὶ τέρμαθ' ἵκοιτο.
Ἤτοι ναυφθορίῃ γὰρ ἢ ἐν πελάγεσσιν ἐόντες
Κύμασιν ἐῤῥέσθησαν, ἢ ἐν πολέμῳ κρυόεντι,
Ἢ ποταμῷ στυγερῷ ξωῆς χάριν αἰνὰ μογεῦντες.

Pro σχήματα, quod versu 5. legitur, rectius scriberes χρήματα. Pro ἐπὶ τέρμα θ' recte a *Gronovio* emendatum ἐπὶ τέρμαθ', cui etiam pro πουμῳ legenti πότμῳ haud invitus calculum meum adiicio. Versu autem 7. omnino scribendum reor:

Ἤτοι ναυφθορίῃ γὰρ ἢ ἐν πελάγεσσι νέοντες.

Idem postea L. IV. 401.

—— οἳ πολλάκι ναυφθορίαισιν
Χείματος ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι δι' ἅλμης
Νηχόμενοι μοίρης βαιὸν χρόνον ἐν πελάγεσσιν.

Simili modo saepissime Latini amant loqui: quam in rem unicum *Virgilii* locum in medium protulisse sufficiat L. I. Aen. vs. 122.

97 *Apparent rari nantes in gurgite vasto.*

Pro ἐῤῥέσθησαν monitus scribo ἐῤῥαίσθησαν. Versum autem ultimum Ἢ ποταμῷ στυγερῷ ζωῆς χάριν αἰνὰ μογεῦντες partim ab alia manu profectum, partim ex ipsis *Manethonis* verbis conflatum crediderim. Repererat scilicet nescio quis in suo Codice v. 255. verba illa καὶ πουμῳ στυγερῷ ζωῆς, quod ubi mendosum existimaret, addidit ἢ ποταμῷ στυγερῷ ζωῆς, idque postea, addito ultimo hemistichio vs. 251. χάριν αἰνὰ μογεῦντες, ut versus hexameter evaderet, pro *Manethonis* verbis ventilatum est. Alter locus est *Virgilii* Aeneid. L. I. v. 113. Verba sunt:

Tris notus abreptas in saxa latentia torquet:
Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, aras:

Dorsum immane mari summo. Tris Eurus ab alto
In brevia et syrtes urget, miserabile visu,
Illiditque vadis atque aggere cingit arenae.
Unam, quae Lycios fidumque vehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit.

Versu ultimo, ut commodam satis interpretationem verborum *a vertice* invenirent interpretes, variis modis tentarunt. Horum tamen potissimum animadversionem meretur, quo explicant *a puppi*. Sed tunc tautologia *Virgilio* fere indigna foret admittenda, cum mox addatur *in puppim*, quorum alterutrum certe sufficeret. Quare sensu longe meliori et mutatione lenissima malo: *ingenti vertice pontus in puppim ferit.* Eleganter ponto *vertex ingens* tribuitur eodem modo, ut paulo ante: *Dorsum immane mari summo.* Altera difficultas, ut iam dixi, latet in vs. 113., qui in hac tempestatis summae descriptione superfluus non tantum et nihil ad rem faciens, sed nescio quantum loci venustatem imminuat. Praeterea, ipsa verba si spectes, vilis et plebeii hominis ingenium sapere ultro fatebere: imo plane falsum est, ne dicam ineptum, quod ibi traditur, nempe *Italos* aras *vocare saxa, quae in mediis fluctibus sunt*; ac si quaevis saxa, quae in mediis fluctibus sunt, Italis *arae* audirent, cum tantum rupes illae, quae inter Africam, Siciliam, Sardiniam et Italiam sub undis latent, *arae* nuncupabantur, qua de re consuli poterit *Servius*. Neque enim cum illo facile crediderim, talem verborum ordinem obtinere: *Quae saxa latentia in mediis fluctibus Itali aras vocant.* Est enim plane contortus et ab omni simplicitate quam longissime remotus. Quapropter omnino ut spurium reiiciendum censeo hunc versum. 98

99

CAPUT VI.

Coluthi locus examinatur. Ἔρνος. Ὀπάσαι. *Theocritus emendatur.* Ἔθνος *et* ἔρνος *confunduntur.*

V. 145. *Εἴ με διακρίνων προφερέστερον ἔρνος ὀ.*] Promissi memor paucula ad intellectum loci huius necessaria delibabo. Editores omnes *προφερέστερον* cum *ἔρνος* coniungendum rati post *διακρίνων* distinctionem posuerunt. Nec id sane mirum, cum *προφερέστερον* substantivum requirere videatur neutrius generis. At vero si sensum, non nuda verba species, illud *προφερέστερον* longe rectius cum *με* iungeretur et locus verteretur: *Quod si me praestantiorem diiudicans germen praebeas*, sc. *mihi*; quemadmodum reddidi in versione. Nec causae multum est, cur ab hac sententia discedas, cum non raro ita Graeci adiectivum neutrum cum nomine alterius generis iungant: quod exemplis ex aliis auctoribus operose congestis ostendere velle inutile foret. Longe satius erit ex ipso *Colutho* simile quid protulisse, unde pateat, nec ipsi forte insolens hoc structurae genus fuisse. Eo certe modo quis non adeo male explicaret vs. 126.

100 *Καί τις ὀρεσσαύλοιο δορὴ μετόπισθε χιμαίρης*
Ἐκκρεμὲς ᾐώρητο.

ubi δορὴ et ἐκκρεμὲς, etsi non diffiteor, forte melius cum cl. *D'Orvillio* legi posse δέρας. Verum enim vero, si levem nostro in loco mutationem admittas, longe rectius scriberes:

Εἴ με διακρίνων προφερέστερον εἶδος ὀπάσσῃς.

Illud enim *ἔρνος* hic absolute de *pomo aureo* positum ferri posse vix videtur: antea saltem non nisi addito *μῆλον* de *pomo* usurpavit ipse noster poëta. Confer vs. 59.

—— *προάγγελον ἔρνος ἑλοῦσα*
Μῆλον.

Sic vs. 128.

Φαιδροτέρῃ τόδε μῆλον, ἐπήρατον ἔρνος, ὀπάσσαις.

Cumulus potissimum coniecturae accedit *Coluthi* versu 127., ubi ita canit:

Δεῦρο διακρίνῳν προφερέστερον εἶδος ὀπωπῆς.

Cum quo loco si componas vers. 74. et 75., fieri vix poterit, quin in hac emendatione acquiescendum mecum censeas. Neque est, cur quem merito offendat locutio *εἶδος προφερέστερον ὀπάσσαι*, etsi paulo insolentior vi- 101
deri queat: talia enim, si omnia *Coluthi* exacta adeo trutina pensitare velis, ubique et singulis fere versibus invenies. Prae ceteris adscribi meretur vs. 310.

Νὺξ δὲ πόνων ἄμπαυμα μετ' ἠελίοιο κελεύθους
Ὕπνον ἐλαφρίζουσα μετήορον ὤπασεν ἠῶ.

ubi certe durum, ut alibi iam dixi, noctem dici *ὀπάσαι ἠῶ*. Illud autem *ἔρνος*, quod hac occasione verbo monendum, adhuc confusum etiam apud *Theocritum* cum adfinis pronunciationis vocabulo *ἔθνος*. Ita enim omnino legendum Id. xxv. 185. — *λύκων τ' ὀλοφώϊον ἔθνος*, non, ut vulgo, *λύκων τ' ὀλοφώϊον ἔρνος*. Eodem Idyll. vs. 114. *βοῶν τόγε μυρίον ἔθνος*. *Orpheus* de Lap. Coral. vs. 94. p. 228. *ἀκρίδος ἄπλητον ἔθνος*. *Moschus* Id. II. 5. *ἔθνος ὀνείρων*, et sic passim alibi. Ceterum versu sequente in *Colutho* omnino voculam *σὲ* desiderari puto hoc modo restituendam:

Πάσης ἡμετέρης Ἀσίης σ' ἡγήτορα θήσω.

Nisi enim haec addatur, omnis loci vis perit, cum nihil Paridis referret, utrum Iuno Asiae regem imponeret, nisi ipse rex futurus esset. Meretur hic inspici *Lucianus* in Deorum Iudicio, ubi ita Iuno ad Paridem: *ἢν γάρ με, ὦ Πάρι, δικάσῃς εἶναι καλὴν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ἀσίης* 102
δεσπότης. Adde *Euripid.* Troad. vs. 926. aliosque bene multos.

CAPUT VII.

Coluthus tentatur. Θεσμὰ, foedera, Θεσμὸς et δεσμὸς permutantur a librariis. Nonnus emendatur. Antiquus feminarum mammas et sinum denudantium mos obiter notatur. Plautus emaculatur. Bacchari.

V. 154. *Χειρὶ δ' ἐλαφρίζουσα μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων*
Στῆθος ἅπαν γύμνωσε καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.

Si cum hoc loco conferas v. 93. et ipsam rei naturam consulas, procul dubio pro θεσμὸν reponendum esse δεσμὸν, idque de *cesto* intelligendum inquies. Qui tamen, ut vulgatam retinendam fere contenderim, facit, *Musaeus* est, apud quem totidem verbis hoc hemistichium exstat v. 147.

Θελξινόων ἀγάπαξε μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων.

Suspicor itaque *Coluthum*, qui saepe aliorum poëtarum flosculos carmini suo immiscuit et magis eo studuit, ut
103 numeri dulce fluerent et versus hexametri evaderent, quam ut res apte sibi responderent, hic etiam *Musaeum* seu eundem cum *Musaeo* imitari voluisse atque adeo, ut in vulgatis est, dedisse: — *ἐλαφρίζουσα μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων*. Quod si verum, ad exemplum huius loci et *Musaei* vs. 93. etiam legendum *μελίφρονα θεσμὸν ἐρώτων*, non δεσμὸν, mihi persuadeo. Eadem vocabulorum θεσμὸς et δεσμὸς confusio observare etiam licet apud *Nonnum* Dionys. L. x. 349., ubi legendum:

Καὶ παλάμην Βρομίου παλάμης περὶ καρπὸν ἑλίξας,
Χερσὶ συναπτομέναις ἑτερόζυγον ἅμμα πιέζων
Λιχθαδίῳ συνέεργεν ἀρηρότα δάκτυλα θεσμῷ.

non θεσμῷ, quod nullo modo se tueri potest. Ceterum ut noster *θεσμὸν ἐρώτων*, ita *γαμήλια θεσμὰ θεαίνης* (*Ἀφροδίτης*) *Musaeus* v. 142. et alibi. Praeivit *Homerus*, ut Odyss. Ψ. 296.

—— οἱ μὲν ἔπειτα
Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.

Latini eodem modo saepissime *foedera* adhibent, ut *Tibullus* L. I. El. v. 7.

Parce tamen, per te furtivi foedera lecti,
Per Venerem quaeso compositumque caput.

et sic passim apud alios. Ceterum videtur Noster *Homeri* verba Il. X. 80. ante oculos habuisse, ut sic de Hecuba Hectoris animum flectere tentante: 104

Μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα
Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρῃφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε,
Καί μιν δακρυχέουσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

unde, ut hoc obiter moneam, distinctionem, quam vs. 152. admovi, veram esse discas. De consuetudine hac antiquissima feminarum sinum et mammas denudantium paucula vide in Scholiis ineditis post *Ammonium* p. 49. Loca nonnulla hanc in rem collegit *Berglerus* ad *Alciphronem* L. I. Ep. XXXI. p. 130. et seqq. loci *Homerici*, dum haec scriberet, immemor.

V. 156.

Δέξεο, καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, δέχνυσο μορφὴν
Ἡμετέρην, καὶ σκῆπτρα καὶ Ἀσίδα κάλλιπε γαῖαν.

Dixi antea, legendum videri δέχνυσο pro δέξεο, nec sane nunc eius rei me poenitet. Ita postea vs. 169., ubi Venerem prae nimio gaudio ob malum a Paride oblatum ita Iunonem et Minervam adloquentem facit:

Εἴξατέ μοι, πολέμοιο συνήθεες, εἴξατε νίκης.

Videtur autem de industria ita confuse locutus noster, 105
ut eo melius Veneris studium et desiderium pomum aureum obtinendi, et ut ceteris deabus pulchrior pronunciaretur, exprimeret. Ordo verborum naturalis est: Δέχνυσο, δέχνυσο μορφὴν ἡμετέρην, καὶ πολέμων ἐπιλήθεο, καὶ σκῆπτρα καὶ Ἀσίδα κάλλιπε γαῖαν. Idem in timore obtinere non raro videmus, cuiusmodi exempla apud Comicos obvia. Unicum ex *Plauto* subiungam

Mil. Glor. Act. III. Sc. II. v. 48., ubi puer Lucrio verbera heri metuens ita confuse ad spectatores:

Ne dixeritis, obsecro, huic, vostram fidem.

cuius loci sensum recte perspexit *Lambinus*. *Plauti* versum ex aliis potissimum eum in finem elegi, ut sic occasio nasceretur coniecturam super verbis modo versu 42. occurrentibus in medium proferendi. Legitur:

Ibi erat bilibris aqualis, hic propter cados.
Ea saepe decies complebatur die.
Eam plenam atque inanem fieri maxumam
Vidi. bacchabatur hama, casabant cadi.

Douzae sententia, qui *hama* pro *bilibri aquali*, quod modo praecedit, capiendum vult, vix placet: durum enim, quam modo ante *bilibrem aqualem* vocaverat, hic immediate *hamam* dici. Crediderim potius scri-
106 bendum: *bacchabatur humi*, scilicet *bilibris aqualis*, de qua loquitur: quando *bacchabatur* idem fere dicit, ac *huc illuc humi volvendo et proiiciendo vehementer agitabatur*, metaphora ab illis ducta, qui bacchantium more furibundi oberrant; quod non ineleganter Comicus ad *bilibrem aqualem* transtulit, quae postquam officium suum praestiterat, in terram proiiciebatur, quemadmodum mox *casabant cadi*. *Nonius* p. 78. v. *Bacchari* inter alia, *Nam et quidquid*, inquit, *vehementius commovetur, bacchari voluerunt*. Ita *ventus Ovidio* et aliis poëtis saepius *bacchari* dicitur. Sic imber *bacchatus Valerio Flacco* L. VI. 634.

Donec ab ingenti bacchatus (imber) *vertice montis*
Frangitur inque novum paulatim deficit amnem.

CAPUT VIII.

Feminis propria pulchritudo. Anacreon corrigitur. Γαλήνη. *Venus e mari nata. Coluthus explicatur.* Μιχθαλόεις, μίσγεσθαι. Κλύζεσθαι, κλυδωνίζεσθαι. *Pauli locus explicatus.*

V. 160. *Ἀγλαΐῃ πολὺ μᾶλλον ἀριστεύουσι γυναῖκες*] Notissimus in rem *Anacreontis* locus, sed minime intellectus, Od. II. vs. 8. Hunc proinde subiunxisse operae pretium erit:

Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; κάλλος
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον
Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα

Nullus dubito, quin Poëta scripserit:

Γυναιξὶν οὐκέτ' εἶχεν,
Τί ἂν δίδωσι. Κάλλος
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων.

Postquam nonnulla dona Naturae, quae singulis animantibus priva sunt, enumerasset, subiungit eleganter, Naturam adhucdum ambigere, quid potissimum mulieribus daret. Ante *κάλλος* igitur paululum subsisti oportet, dum Natura aptum mulieribus donum quasi excogitat. De emendationis veritate ne dubites, testimonium peto ex eiusdem Lyrici Od. XXIX. 22., ubi eadem omnino structura: 108

Τὸ δὲ χεῖλος οὐκέτ' οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις·
Ἅπαλὸν γέμον τε Πειθοῦς.

Unde patet, *εἶχεν* in priori loco idem esse ac *οἶδεν*, quo sensu non infrequens apud Graecos.

V. 200. *Ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα τιθήνης*] Fortassis legendum *γαλήνης*, non vero *τιθήνης*,

antea in Notis iam monui. Ita *γαλήνη* pro *mari tranquillo* noster postea v. 222.

Οὔπω κεῖθεν ἦην δολιχὸς πλόος, οὐδὲ γαλήνης
Δηρὸν ἐρεσσομένων ἠκούετο δοῦπος ἐρετμῶν.

Sic vs. 353. de fluvio:

Μὴ δ' ἱερῶν γονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθρων
Νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίην σε γαλήνη.

Coluthi locis addo *Moschi* Idyll. v. 3.

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὤνεμος ἀτρέμα βάλλοι,
Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
Ἐντὶ φίλα, ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα.

109 Ita omnino versu 2. legendum pro *οὐδ' ἔτι Μοῖσα*: quod tamen a *Simeone Bosio* dudum observatum postea didici a *Lambino* ad *Lucretium* L. v. 1002. Ceterum quae de *Coluthi* loco dixi, non eo animo prolata sunt, ac si vulgatam nullo modo stare posse contenderem: posset enim pro more sui temporis, quo, ut magnam doctrinae ostentationem facerent, allusiones saepe, etiamsi longius petitas, affectabant, de industria posuisse *τιθήνης* et ad Venerem respexisse, (quam interpretandi viam iam instituit *Dausqueius*,) cuius mentio paulo ante facta quaeque Paridem comitabatur eumque per mare ducebat. Veneris natales e mari derivasse veteres quis ignorat? Loca, quae hanc in rem ab aliis prolata sunt et adhuc proferri possunt, pleraque mitto, paucula huc potissimum spectantia notasse contentus. *Achilles Tatius* L. v. p. 315. *θυγάτηρ Ἀφροδίτη θαλάσσης. χαρισώμεθα τῇ γαμηλίῳ θεῷ, τιμήσωμεν αὐτῆς γάμῳ τὴν μητέρα.* Sic mare *Κύπριδος μήτηρ Orpheo* Hymn. *Θαλάσσης* p. 120. vs. 7. *Anthologia* L. II. C. XXIV. Epigr. 1.

Τὴν ἀναδυομένην ἀπὸ μητέρος ἄρτι θαλάσσης
Κύπριν ὅλην χρυσῇ ἐχθὲς ἔκλεψε Δίων.

Adde L. IV. C. XII. Ep. 22.

V. 204. *Ἡ δ' ἄρα μιχθολόεντος ἀπ' ἠέρος ὄμβρον*
110 *ἀνεῖσα*] Duplicem interpretationem admittit hoc loco epitheton *μιχθαλόεις*. Vel enim *ἀὴρ μιχθαλόεις* dicit

aërem nubibus permixtum et penitus obtectum, vel forsan capiendum de *aëre fluctibus et mari permixto*, quo eximie facit *Musaei* illud v. 315.

Ἤδη κύματι κῦμα κυλίνδετο, σύνθετο δ' ὕδωρ·
Αἰθέρι μίσγετο πόντος· ἀνέγρετο πάντοθεν ἠχὴ
Μαρναμένων ἀνέμων.

De procella idem verbum *μίσγεσθαι* adhibuit *Homerus* Il. *N.* 797.

V. 205. *Ἐκλύσθη δέ τε πόντος ἐρεσσομένων ἑ.*] Verbum *κλύζεσθαι* recte *Dausqueius* interpretatur *undarum more agitari, fluctuare*, nec raro de mari positum hoc sensu obtinet. *Orpheus* Argon. v. 162.

Ἔνθα ῥοαὶ κλύζουσι πολυπλανέος Μαιάνδρου.

Homer. Il. Ψ. 61.

Κεῖτο βαρυστενάχων πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσιν
Ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον.

Longe propius ad nostrum accedit illud *Homeri* Odyss. *I.* 484.

Ἐκλύσθη δὲ θάλασσα κατερχομένης ὑπὸ πέτρης.

Adde ibid. v. 541. et Il. Ξ. 392. Respondet hoc sensu fere verbum *κλυδωνίζεσθαι*, unde ad homines transfer- 111
tur, quorum animus huc illuc *undarum instar iactatur*, ut apud *Aristaenetum* L. I. Ep. XXVII. p. 182. *μόνον δὲ κλυδωνιζόμενος ἐκ τοῦ πόθου· ἔνθα, φασίν, ἄνεμος οὔτε μένειν οὔτε πλεῖν ἐᾷ.* Quae verba si componamus cum *Pauli* ultra soccum saepe surgentis dicto ad Ephes. C. IV. 14., etsi in re diversissima, mutuam tamen sibi invicem accendunt lucem. Sunt verba *Pauli: ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας.* ubi quid sit *κλυδωνιζόμενοι*, satis explicatur addito participio *περιφερόμενοι*: sunt enim plane eiusdem valoris hoc loco.

CAPUT IX.

Coluthus explicatur. Φιλήνωρ, Φίλανδρος, virosus. Afranius apud Nonium emendatur. Plures olim praeter celeberrimum illum Amyclae filium fuisse Hyacinthos observatur. Antheis Hyacinthi Spartani filia. Hyginus, Apollodorus, Scholiasta Homeri et Suidas emaculantur. Meursii error notatur. Thamyris eiusque mater Argiope.

V. 219. *Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔδρακε τύμβον*] Non immerito ab eruditissimis viris *Brodaeo* et
112 *Falkenburgio*, qui hic contra fidem omnium librorum intrudere voluerunt *φιλήτορος*, dissentit *Dausqueius* in vulgato *φιλήνορος* acquiescendum ratus. *Φιλήνωρ* eodem sensu hic capio, quo vulgo *φίλανδρος* sumi solet. Latinis eidem fere usui inservit adiectivum *virosus*. *Nonius* p. 21. *Virosae mulieres*, inquit, *dicuntur virorum appetentes vel luxuriosae*. Hinc *Apuleius* L. IX. Met. p. 186. *scaeva, saeva, virosa, ebriosa, pervicax, in rapinis turpibus avara*. Emendandus hac occasione *Afranius* in Divortio apud *Nonium* l. c.

Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria;
Virosa non sum; et si sum, non desunt mihi
Qui ultro dent; aetas integra est, formae satis.

Quid, amabo, erit illud? *Virosa non sum; et si sum* etc. Tuncne amplius vituperio non habebatur virosam esse, si viri sese sponte offerebant? Difficultatem facile tolles scribendo:

Virosa non sum; etsi iam non desunt mihi
Qui ultro dent.

V. 235. *Ὑακίνθου*] De hoc nostro Hyacintho, Amyclae ex Diomeda, filia Lapithi, nato, Apollinis amasio, vide *Meursium* de Regn. Lacon. C. II. et *Munke-*
113 *rum* ad *Hygin.* Fab. CCLXXI. aliosque. Ab illo diversus fuisse videtur, quique minus veterum scriptis celebratus, alter ille Hyacinthus memoratus *Apollodoro*

Bibl. Lib. III. Cap. XIII. §. 8., ubi Hyacinthi Lacedaemonii cuiusdam mentionem facit, cuius filias Athenienses ad Geraesti Cyclopis tumulum iugularunt ad pestem et famem sedandam: quam historiam etiam attigit *Hyginus* Fab. CCXXXVIII., cuius verba male adfecta hic emendavisse non pigebit. Memoratur ibi inter illos, qui filias suas interfecerunt, *Hyacinthus*, qui *Sparianthidem filiam ex responso pro Atheniensibus* occidit. Qui consuluerit *Apollodorum* loco memorato, facile animadvertet, per *Sparianthidem* eandem esse intelligendam, quae *Apollodoro Antheis* dicitur. Unde verosimile mihi fit, sub posteriori parte vocis *Sparianthidem* verum nomen *Antheidem* latere et sub primis literis *spari*, addita, quae exciderat, terminatione, gentile *Spartanus* quaerendum atque proinde scribendum: *Hyacinthus Spartanus Antheïdem* etc. Hunc Spartanum fuisse non obscure colligi poterit ex *Apollodoro*. Diversum esse a priori Hyacintho Amyclae filio exinde colligo, quod varias filias habuisse dicatur, ut ex locis iam memoratis liquet, cum alter prima iam aetate ante patrem, nulla nuptiarum vel prolis eius facta mentione, 114
diem obierit supremum. Confer *Pausan.* L. III. C. I. p. 204. Praeter hos Hyacinthos tertium commemorat *Apollodorus* Lib. I. C. III. §. 3., quem ab illo Amyclae filio diversum iam suspicatus est *van Staveren* ad *Hyginum* l. c.: quod tamen, si proba sit *Apollodori* lectio, vix statui poterit. *Κλειὼ δὲ*, inquit, *Πιέρου τοῦ Μάγνητος ἠράσθη κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης· ὠνείδισε γὰρ αὐτῇ τὸν τοῦ Ἀδώνιδος ἔρωτα. συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ὑάκινθον· οὗ Θάμυρις ὁ Φιλάμμωνος καὶ Ἀργιόπης νύμφης ἔσχεν ἔρωτα, πρῶτος ἀρξάμενος ἐρᾶν ἀρρένων. ἀλλ' Ὑάκινθον μὲν ὕστερον Ἀπόλλων ἐρώμενον ὄντα δίσκῳ βαλὼν ἄκων ἀπέκτεινε. Θάμυρις δὲ* etc. Quae verba, ut hoc obiter moneam, perverse admodum cepit *Meursius*, inde Hyacinthum Veneris et Adonidis filium faciens. Verum, quin verba illa, *ἀλλ' Ὑά-*

κινθον μὲν ὕστερον Ἀπόλλων ἐρώμενον ὄντα δίσκῳ βαλὼν ἄκων ἀπέκτεινε, supposititia sint, non dubitabis, si tum verborum nexum inspicias, tum potissimum *Scholiastam Homeri* ad Il. *B.* 595., ubi ad verbum fere *Apollodorum* descripsit, omissis illis intermediis, quae memoravi, de Apollinis amasio disci iactu interfecto. Scribo igitur simpliciter: οὗ Θάμυρις ὁ Φιλάμμωνος καὶ Ἀργιόπης νύμφης ἔσχεν ἔρωτα, πρῶτος ἀρξάμενος ἐρᾶν
115 ἀῤῥένων. Θάμυρις δὲ etc. vel, quod forte rectius: Οὗτος κάλλει etc., quemadmodum *Scholiasta* habet, omisso nomine Θάμυρις: ex quo simul haud difficile erit paulo post in *Apollodoro* pro ἐὰν δὲ ἡττηθῇ, στερηθῇ οὗ ἂν ἐκεῖναι θέλωσι, emendare ἐ. δ. ἡ., στερηθῆναι οὗ ἂν ἐ. θ. Contra ex *Apollodoro* in *Scholiastae* verbis pro Οὗτος παῖς ἦν Φιλάμμωνος καὶ Ἀρσίου τῆς νύμφης, τὸ γένος Θρᾷξ, emendo: Οὗτος π. ἦν Φ. καὶ Ἀργιόπης νύμφης, τ. γ. Θ. Pro eo corruptius adhuc apud *Suidam* v. Θάμυρις legitur: υἱὸς Φιλάμμωνος καὶ Ἀρσινόης: ubi praeterea pro Ὑμναίου legendum Ὑακίνθου, nisi statuas ipsi *Suidae* errorem imputandum esse. Thamyridis matrem *Argiopen* appellat praeter *Apollodorum Pausanias* L. IV. C. XXXIII. p. 362.

CAPUT X.

Emendatur Coluthi locus difficillimus. Zephyrus Apollinis aemulus ἀήτης dictus simpliciter. Ὡς ad celeritatem indicandam adhibetur.

V. 237. Ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
Δῆμος Ἀμυκλαίων, ἠγάσσατο μὴ Διΐ Λητὼ
Σκυζομένη, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν.]

116 Miror equidem, neminem Interpretum in tantis salebris pedem offendisse nec animadvertisse, illud ἠγάσσατο μὴ Διΐ Λητὼ Σκυζομένη plane locum invenire nullum. Quae, amabo, illa in Iovem Latonae ira? Quis ille metus Amyclaeorum, ne Latona Hyacinthum abduceret?

Neque Iovi neque Latonae in hac fabula ullas competere partes, is demum fatebitur, qui in Fabulis non plane hospes est. Imo illud *καὶ τοῦτον* non obscure significaret, praeter Hyacinthum adhuc alium a Latona fuisse abductum. Haec omnia si quis commodam admittere interpretationem commonstraret, magnum certe quid in *Colutho* praestaret. Nullus dubito, quin mentio aliqua Zephyri Apollinis aemuli fieri debeat: quo nixus fundamento pro *ΔΗ ΔΙΪ ΛΗΤΩ* iam antea scribendum conieci *ΔΗΪΔ' ΑΗΤΟΥ*. Inter quas lectiones quantilla sit scripturae differentia, aestima. Hac admissa coniectura, sponte sua sequitur *σκυζομένη* in *σκυζομένου* esse refingendum idque cum *ἀήτου* coniungendum. Ita videri posset *Coluthus* voluisse, Amyclaeos admirabundos pugnam Zephyri ob id Hyacintho indignati, quod Apollinem sibi praeferret, spectavisse eaque sese oblectantes Hyacinthum adduxisse, ut scilicet cum Zephyro certaret: quod in versione e regione adiecta quodammodo exprimere adnisus fui. De hac pugna vide praeter *Ovidium Pausaniam* L. III. C. XIX. p. 258. *Palaephatum* de Incred. C. XLVII. *Servium* ad *Virgil.* Eclog. III. 63. aliosque bene multos. Haec iam scripseram, cum postea animadverti, ne sic omnem scrupulum sublatum esse: sequentia enim *αὐτὰρ Ἀπόλλων οὐκ ἐδάη κ. τ. λ.*, admissa hac priori explicatione, minus bene cum praecedentibus cohaerent et, ut oppositio aliqua fiat, exigere videntur. Quapropter nunc paulo aliter legendum arbitror: 117

Ὃν ποτε κουρίζοντα σὺν Ἀπόλλωνι νοήσας
Δῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, δηΐδ' ἀήτου
Σκυζόμενος, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν· αὐτὰρ Ἀπόλλων
Οὐκ ἐδάη Ζεφύρῳ ζηλήμονι παῖδα φυλάσσων.

quando *ἠγάσσατο* cum *Brodaeo* verto *venerati sunt*. Est autem *δηΐδ'* pro *δηΐδι*, in quo eaedem plane literae, quae in Codicis Vossiani scriptura *δὴ διΐ*. Verbum *σκύζεσθαι* cum dativo construi res est explorata. Illud au-

tem, *καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν*, non male etiam a *Brodaeo* redditum *et hunc in urbem receperunt*, quamvis mavelim simpliciter *et illum abduxerunt*, ne scilicet cum Zephyro pugnans interiret: quando nexus totius loci longe concinnior erit. Ne vero scrupulum aliquem moveat, quod Zephyrus simpliciter *ἀήτης* ex nostra emen-
118 datione dicatur, adponam *Nonni* locum ex Dionys. III. 152., ubi *ξηλήμων* et *ἀήτης* in eodem negotio coniunguntur simili fere modo, ut in nostro loco, ut adeo *Nonni* verba ante oculos habuisse *Coluthus* non sine ratione videri posset:

Καὶ ξεφύρου πνείοντος ἀεξιφύτου διὰ κήπου,
Ἄστατον ὄμμα τίταινε πόθων ἀκόρητος Ἀπόλλων,
Καὶ φυτὸν ἠβητῆρος ἰδὼν δεδονημένον αὔραις
Δίσκου μνῆστιν ἔχων ἐλελίζετο, μή ποτε κούρῳ
Ζηλήμων φθονέσειε καὶ ἐν πετάλοισιν ἀήτης·
Εἰ ἑτεόν ποτε κεῖνον ἔτι σπαίροντα κονίῃ
Ὄμμασιν ἀκλαύτοισιν ἰδὼν δάκρυσεν Ἀπόλλων.

V. 251. *Ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησε*] Elegans usus voculae ὡς, qua ad celeritatem significandam adhibetur, verbo notandus. Ita *Theocritus* Idyll. II. 82.

Χὠς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη
Δειλαίας. τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο, κοὐδ' ἔτι πομπᾶς
Τήνας ἐφρασάμην κ. τ. λ.

Conf. etiam Idyll. III. 42.

Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα.

ubi *Schol.* τὸ ὡς, inquit, *ἀντὶ τοῦ εὐθέως. καὶ Ὅμηρος·*

Ὡς ἴδεν, ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος.

119 Locus *Homeri* exstat Il. *T.* 16., ubi minus recte puto scriptum ὡς εἶδ', ὥς μιν μ. ἔ. χ. Adde *Moschum* Idyll. II. 74. et *Bion.* Epitaph. Adonidis v. 40.

Ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησεν Ἀδώνιδος ἄσχετον ἕλκος,
Ὡς ἴδε φοίνιον αἷμα μαραινομένῳ περὶ μηρῷ,
Πάχεας ἀμπετάσασα κινύρετο.

Huc pertinet quoque *Virgilii* illud Ecl. VIII. 41. et in Ciri vs. 430.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

V. 310. — ὥπασεν ἠῶ Ἀρχομένην] Cum hoc *Coluthi* praeter *Eustath.* in Notis memoratum conferri meretur *Moschi* venustissimus locus Idyll. II. in initio:

Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον,
Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς,
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων
Λυσιμελὴς πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ,
Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

CAPUT XI. 120

Coniectura super Coluthi loco proponitur. Homines tristitia adfecti alto saepe somno opprimuntur. Ennii Fragmentum, Horatius et Propertius emaculantur.

V. 356.

— ἀνακλίνασα δὲ δειρὴν
Ὕπνωσ', ἐπεὶ θανάτοιο συνέμπορος. εἰ γὰρ ἐτύχθη
Ἄμφω, ἀναγκαίη ξυνήϊα πάντα λαχόντα,
Ἔργα παλαιοτέροιο κασιγνήτοιο διώκειν.]

De loco hoc corruptissimo quid aliis fuerit visum, dictum supra, ubi et meam sententiam iam breviter ob oculos posui legendumque monui: ἀ. δ. δ. Ὕπνωσεν θανάτοιο συνέμπορος. *Brodaei* enim ὕπνασ' minus certe ferri potest, cum constanti usu *Coluthus* nostram formam ὑπνοῦν triverit. Non autem male Hermione mortis συνέμπορος et comes dici mihi videtur, quippe quae curis diu agitata altissimo tandem somno oppressa fuerat, adeo ut mortuae similis plane videretur. Quo pertinent sequentia εἰ γὰρ ἐτύχθη Ἄμφω etc., quae ita, ut in versione adiecta institui, vertenda sunt. Per ἄμφω intelligo ὕπνον et θάνατον, quorum prius ὕπνον a praecedente verbo ὕπνωσεν derivandum: de quo loquendi 121
genere consulendus vir consummatissimae eruditionis *T. Hemsterhusius* ad *Aristophanis* Plut. p. 172. et 173.

V. 361.

Πολλάκις ὑπνώουσιν, ὅτε κλαίουσι γυναῖκες] Refer huc similem fere *Apollonii Rhodii* locum L. III. 616.

Κούρην δ' ἐξ ἀχέων ἀδινὸς κατελώφεεν ὕπνος
Λέκτρῳ ἀνακλινθεῖσαν· ἄφαρ δέ μιν ἠπεροπῆες
Οἷά τ' ἀκηχεμένην ὀλοοὶ ἐρέθεσκαν ὄνειροι.

Adde *Senecam* Octav. Act. I. 116.

Quam saepe tristis umbra germani meis
Offertur oculis, membra cum solvit quies
Et fessa fletu lumina oppressit sopor.

Hinc *ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος* coniungit *Homer.* Od. O. 393. Nec raro *λυσιμελὴς* et *λυσιμέριμνος* dicitur somnus. Sic *ὕπνος λύων μελεδήματα θυμοῦ Hom.* Od. T. 57. Ad quam normam leviter emendandum puto Fragmentum, quod in Collectione Fragm. *Ennii* recenset *H. Columna* p. 291.

Mater, te appello, quae curam somno suspenso levas,
Neque te mei miseret; surge et sepeli natum.

122 Non dubito, quin sit emendandum: *quae curam somno suspensam levas*: quemadmodum fere *Porphyrio* ad *Horatii* Carm. II. III. 62., locum exhibet, ubi mendose *tuque charam somno suspensam levas* legitur. Quod enim *Columna* coniecerat: *Matrem te appello*, *soror* etc., ac si Polydorus, qui hic loquitur, sororem Ilionam *matrem* dixerit, quod ipsum educasset, nullo modo ferri potest, nec nisi prava nititur scriptura et interpretatione, quam ad *Horatii* locum iam memoratum exhibet *Acro* deceptus corrupto *Horatii* loco, ubi hoc modo legitur:

Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,
Mater, te appello, clamantibus.

unde *Acro* concludit, Fufium hunc Ilionae Polydori sororis personam egisse: quod tamen falsum vel exinde

patet, quod Polydorus non sorori Ilionae, sed matri Hecubae in somnio apparuerit, quam in rem confer *Euripidem* Hecub. v. 47. et seqq. Hoc animadvertens *Lambinus* per Ilionam ipsam Hecubam, ac si Hecuba etiam Iliona fuisset dicta, intelligendam putavit, quod aeque falsum. Omnis difficultas, nisi fallor, sublata erit, si, deleta unica litera, scribas:

—— *quam Fufius ebrius olim*
Cum Iliona edormit. 123

id est: *cum Fufius in fabula Iliona dicta edormit.* Ceterum locis memoratis addo unicum adhuc *Propertii* L. I. El. III. 35.

Dum me iucundis lapsam sopor impulit alis.
Ille fuit lacrimis ultima meta meis.

Ita emendarunt *Heinsius* et *Broukhusius*, cum antea fuerat scriptum *ultima cura meis*. Verum cum multo propius ad corruptam Codicis Colbertini scripturam, ubi *nota*, accedat *vota*, hoc modo scribere malo:

Ille (sopor) *fuit lacrimis ultima vota meis.*

Quod eximie firmat similis *Propertii* locus L. I. El. VI. 24.

Et tibi non unquam nostros puer iste labores
Adferat et lacrimis ultima vota meis.

ubi itidem in nonnullis libris *nota* pro *vota* scriptum. Confer ibi *Broukhusium*.

CAPUT XII. 124

Coluthus explicatus. Propertii Elegiae binae male coniunctae separantur.

V. 372. Ἡ δ' ἀνόρουσε] Ita fieri videmus, quando in somnis quid inopinato accidit, ut vel rei novitas vel metus subito somnum excutiat. Loca hanc in rem passim apud auctores obvia. *Apollonii* verba huc propius spectantia subiunxisse e Lib. III. 631. contentus ero;

—— τοὺς δ' ἀμέγαρτον ἄχος λάβεν, ἐκ δ' ἐβόησαν
Χωόμενοι· τὴν δ' ὕπνος ἅμα κλαγγῇ μεθέηκε.
Παλλομένη δ' ἀνόρουσε φόβῳ, περί τ' ἀμφί τε τοίχους
Πάπτηνεν θαλάμοιο, μόλις δ' ἐσεγείρατο θυμὸν,
Ὡς πάρος, ἐν στέρνοις, ἀδινὴν δ' ἀνενείκατο φωνήν.

Ex his autem maioris erit momenti rationem reddere loci *Propertii* male adfecti L. II. Eleg. XX. 19.

Iamque ego conabor summo me mittere saxo,
Quum mihi discussit talia visa metus.
Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella
Serviat et tota dicar in urbe potens.

Broukhusio in hoc loco explicando aqua haesit, post versum illum:

125 *Quum mihi discussit talia visa metus.*

lacunam esse ratus, propterea quod sequentia cum praecedentibus non satis commode cohaereant. Difficultas certe magna, quae viro praestantissimo obversabatur, attamen, modo rei naturam in consilium adhibeamus, facillime removenda. Continet, nisi fallor, Elegia haec nihil aliud, quam somnium *Propertii* puellam undis mersam videntis: quo facit initium Elegiae huius:

Vidi te in somnis fracta, mea vita, carina
Ionio lassas ducere rore manus.

Hocce somnium autem finitur vs. 20., ubi narrat, praecipitem se ipsum saxo dare velle atque inde metum visa discussisse. Si igitur nil nisi somnium narrare voluerit, ut verosimile est, necessario sequitur, ut somnii finis etiam Elegiae finem constituat, quale exemplum apud *Ovidium* habemus Amor. L. III. Eleg. V., quam sic claudit:

Dixerat interpres. Gelido mihi sanguis ab ore
Fugit et ante oculos nox stetit alta meos.

Quod si itaque ex una Elegia *Propertii* duas faciamus

et finem prioris statuamus versum 20., ubi somnii finis, posterior Elegia ab his incipienda:

Nunc admirentur, quod tam mihi pulchra puella 126
Serviat et tota dicar in urbe potens.

ubi agit Poëta de felicitate sua, quod tam pulchra ipsi serviat puella, deque aretissimo amore ipsum inter et Cynthiam; quae cum somnio priori nihil commune habent.

127

IOANN. DANIEL. A LENNEP

LIBER TERTIUS

ANIMADVERSIONUM,

IN QUO NONNULLA VETERUM SCRIPTORUM LOCA EMENDANTUR AUT EXPLICANTUR.

CAPUT I.

Hymni Orphici aliquoties correcti.

Libelli huius tertii, quem prioribus adiungere placuit quemque emendandis nonnullis aliis auctorum locis destinaveram, initium facient vulgo dicti Hymni, qui sub nomine *Orphei* ab *Onomacrito* conscripti videntur, tum ob antiquitatem, tum ob singularem, quam in explicanda vetustissima illa Orphica theologia praestant, utilitatem prae ceteris dignissimi, qui virorum doctorum manus experiantur. Licet enim nonnulla loca ab aliis
128 viris eruditione et ingenio pollentibus pristino nitori restituta sint, plurima tamen, quae lima adhuc indigent, aliis intacta relicta esse omnes fatebuntur. Ut itaque inde ordiar, Suffimine Noctis p. 100. adscribere liceat vs. 7.

'Τμνοδότειρα, φίλη πάντων, ἐλάσιππε νυχαυγής.'

Ubi epitheton Nocti minime congruens *ὑμνοδότειρα* in *ὑπνοδότειρα* mutandum. Idem iam animadvertisse *Scaligerum* liquet ex versione eius, ubi reddit *somnidua*.

Suffim. VI. v. 2. scribendum:

Εὐϊέραις φωναῖσι κικλήσκων δαίμονας ἀγνούς.

Male legebatur *Εὖ ἱεραῖς.* Epitheton *εὐΐερος* tum modo v. 12. obvium, tum alias in hisce Hymnis frequens. Sequitur Suffimine x. p. 108. vs. 13.

Σοὶ γὰρ ἀπειρέσιον γαίης πέδον ἐστήρικται,
Εἴκει δ' ἀκαμάτου πόντου τὸ βαθύσπορον ὕδωρ
Ὠκεανός τε πέριξ ἐνὶ ὕδασι γαῖαν ἑλίσσων.

Dubium nullum est, quin posterior versus secundi pars *τὸ βαθύσπορον ὕδωρ* corruptum sit. Ex *Homero*, *Hesiodo* aliisque poëtis notissima sunt maris epitheta *βαθυῤῥείων*, *βαθυῤῥείτης*, *βαθύῤῥοος* similiaque. Ad hunc itaque modum emendandum crediderim:

Εἴκει δ' ἀκαμάτου πόντου τε βαθύῤῥοον ὕδωρ 129
Ὠκεανός τε κ. τ. λ.

Suffim. XII. p. 110. de Saturno dicitur:

Δεσμοὺς ἀῤῥήτους ὃς ἔχεις κατ' ἀπείρονα κόσμον.

ubi legendum *ἀῤῥήκτους* facile largieris. Hanc lectionem ante oculos habuisse *Scaliger* videri posset, dum vertit:

Vinclis indupedite per orbis vasta silenta.

Ibid. vs. 7. corruptum:

Γέννα, φυὴ μείωσι, Ῥέας πόσι, σεμνὲ Προμηθεῦ.

Forsan recte *Onomacrito* consuleres legendo:

Γέννα, φυῆς μείωσι, Ῥέας πόσι, σεμνὲ Προμηθεῦ.

Tempus enim omnia interire facit. Emendationem firmat, qui paulo ante legitur, vs. 3.

Ὃς δαπανᾷς μὲν ἅπαντα καὶ αὔξεις ἔμπαλιν αὐτός.

Sequuntur iam Suffimine Iovis p. 112. v. 3.

Ὦ βασιλεῦ, διὰ σὴν κεφαλὴν ἐφάνη τάδε ῥεῖα,
Γαῖα θεὰ μήτηρ ὀρέων θ' ὑψηχέες ὄχθοι.

Omnino mendosum epitheton *ὑψηχέες*. Vera, nisi fallor, Poëtae manus erit:

—— *ὀρέων θ' ὑψαύχενες ὄχθοι.*

Confer Suffim. XXXI. 4. 130

Ἢ διάγεις ὄχθους ὑψαύχενας ἀκρωρείους.

Pergo ad Suffim. xv. v. 6., ubi ita de Iunone:

Κοινωνεῖς γὰρ ἅπασιν κεκραμένη περὶ σεμνῶς.

Illud *περὶ σεμνῶς* scribis originem debere existimo et ad hunc modum immutandum:

Κοινωνεῖς γὰρ ἅπασιν κεκραμένη πυρὶ σεμνῷ.

Intelligit per Iunonem, ut passim veteres, aërem, qui igne temperatus omnibus rebus vitalem addit ardorem.

In Suffimine Plutonis p. 116. v. 18. non intelligo, quo sensu Pluto dicatur

Σεμνοῖς μουσοπόλοις χαίρων ὁσίοις τε σεβασμοῖς.

Sanequam probabile est Poëtam dedisse:

Σεμνοῖς μυστιπόλοις χαίρων ὁσίοις τε σεβασμοῖς.

Idem vocabulum in hisce Hymnis reperies Suffim. xxiv. p. 122. v. 7.

Ἀλλὰ, πάτερ, μόλε μυστιπόλοις ὁσίαισι προνοίαις.

Sic Suffim. lxvii. p. 164. v. 12.

Ἀλλὰ, θεὰ, μόλε μυστιπόλοις ἐπιτάῤῥοθος αἰεί.

Suffim. xxv. vs. ii. manco incedit pede:

131 *Εὐμενὲς ἦτορ ἔχουσα σὺν ὀλβίοισιν ἐν ὥραις.*

Medela tamen in proclivi est, si nempe scribas:

Εὐμενὲς ἦτορ ἔχουσα σὺν εὐόλβοισιν ἐν ὥραις.

Qua de re amplius non dubitabis, postquam contuleris similia *Onomacriti* loca, ut Carmine ix. 19.

Ἀλλὰ, θεὰ, λίτομαί σε, σὺν εὐόλβοισιν ἐν ὥραις
Εἰρήνην, ὑγίειαν ἄγειν, αὔξησιν ἁπάντων.

Sic Carmine xxxi. 16. et alibi saepius.

Suffim. xxviii. vs. 5. inter alia epitheta haec Proserpinae tribuuntur:

Πραξιδίκη, ἐρατοπλόκαμε, Διὸς θάλος ἁγνόν.

Cuius versiculi posteriorem partem macula foedatam docet quantitas syllabarum in nomine *Διός*. Quare mutatione lenissima scribendum reor:

Πραξιδίκη, ἐρατοπλόκαμε, Δηοῦς θάλος ἁγνόν.

Proserpina aeque Cereris ac Iovis *θάλος* et propago erat, quod notius, quam ut in eo diu haereamus.

Non multum abhinc eodem Carmine v. 13. medela requiritur in illis:

Ἱερὸν ἐκφαίνουσα δέμας βλαστοῖς χροοκάρποις.

ubi nullus dubito, quin verissima sit correctio, si unica 132
litera mutata scribamus:

—— *βλαστοῖς χλοοκάρποις.*

Vocabulum *χλοόκαρπος* non infrequens Poëtae. Vide Carm. XXXIX. 5.

Σπερμία, σωρῖτι, ἅλωαία, χλοόκαρπε.

Carmine LII. 8.

Ἀλλὰ μάκαρ χλοόκαρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε.

Adde Carm. LVII. 6. et LXXXIII. 6. *Scaligerum* simile quid voluisse docet versio eius:

Corpu' tuum oblectans Terrae viridantibu' foetis.

Unde suspicor *Scaligerum* totum *Onomacriti* versum hoc modo emendare voluisse:

Ἱρὸν φαιδρύνουσα δέμας βλαστοῖς χλοοκάρποις.

CAPUT II.

Orphei Hymni aliquoties emendantur. Diana ἀγροτέρα. Bacchus μηροῤῥαφὴς dictus. Ἀπαλεξίκακος.

In Suffim. XXXIII. vs. II. haud leviter contaminata sunt sequentia:

Τόνδε σὺ γὰρ λεύσεις τὸν ἀπείριτον αἰθέρα πάντα, 133
Γαῖαν τ' ὀλβιόμοιρον, ὕπερθέ τε καὶ δι' ἀμολγοῦ,
Νυκτὸς ἐν ἡσυχίαισιν, ὑπ' ἀστεροόμματον ὄρφνην.
Ῥίζας νέρθε δέδωκας, ἔχεις δέ τε πείρατα κόσμου
Παντός.

Quae verba nisi aliter interpungas et scribas, sensum vix tolerabilem admittunt. Ut verbo dicam, videtur Poëta oppositionem noctis et diei fecisse et utriusque discrimen, cuius unica causa Sol atque adeo Apollo erat, descripsisse. Hoc nixus fundamine *Onomacriti* verba sic in integrum restituenda duxerim:

Τόνδε σὺ γὰρ λεύσεις τὸν ἀπείριτον αἰθέρα πάντα
Γαῖάν τ' ὀλβιόμοιρον ὕπερθεν· καὶ δὶ ἀμολγοῦ
Νυκτὸς ἐν ἡσυχίαισιν ὑπ' ἀστεροόμματον ὄρφνην
Ῥίζας νέρθε δέδορκας· ἔχεις δὲ τὰ πείρατα κόσμου
Παντός.

Verborum sensus eo fere redit: *Totum enim huncce immensum aethera terramque opulentam super'ne cernis: at, ubi nocte silente coelum stellis distinctum apparet, terrae radices et fundamina infra adspicis* etc.

Carmine xxxv. vs. 9.

Ἄμβροτέρα, χθονία, θηροκτόνε, ὀλβιόμοιρε·

pro *ἀμβροτέρα* substituendum notissimum Dianae epi-
134 theton *ἀγροτέρα*, quam lectionem *Scaliger* procul dubio ante oculos habuit, tum reddit:

Summana, agrestis, fericida, beata, locuples.

Suffimine xxxix. levis macula sese offert vers. 1.

Δηὼ παμμήτειρα, θεοῖς πολυώνυμε δαῖμον.

Ex more scribendi constanti in hisce carminibus facile liquet scribendum:

Δηὼ, παμμήτειρα θεὰ, πολυώνυμε δαῖμον.

Simili modo Carmine ix. 1.

Ὦ Φύσι, παμμήτειρα θεὰ, πολυμήχανε μῆτερ.

et aliis in locis.

In Suffimine Trieterici p. 148. v. 3. parum recte scribi videtur:

Μητροτρεφὴς, λικνῖτα, πυριπόλε καὶ τελετάρχα
Νυκτέρ', εὐβουλεῦ, μιτροφόρε, θυρσοτινάκτα.

Nihil, si quid cerno, adeo ad Bacchum sive Trietericum facit epitheton *μητροτρεφὴς*, imo de Baccho positum plane ferri nequit, quippe cuius mater Semele, cum adhuc imperfectus infans erat, Iovis fulmine periit: quando postea a Nymphis Nyseidibus educatus Bacchus,
135 qui proinde non *μητροτρεφὴς* fuit. Notum est e Fabulis, Iovem matris ab alvo ereptum Bacchum femori inseruisse, donec perfectus evaderet: unde epitheton Bacchi ortum *μηροῤῥαφὴς* vel poëticum *μηροραφὴς*,

quod proinde hic substituendum censuerim. Praeterea versu sequente pro *Νυκτέρ'* legendum *Νυκτέρι'*. Totum ergo locum sic scribendum reor:

Μηροραφὴς, λικνῖτα, πυριπόλε καὶ τελετάρχα,
Νυκτέρι', εὐβουλεῦ, μιτροφόρε, θυρσοτινάκτα.

Ad emendationem firmandam egregius exstat in his carminibus locus Suffimine XLVII.

Κλῦθι, πάτερ Κρόνου υἱὲ Σαβάζιε, κύδιμε δαῖμον,
Ὃς Βάκχον Διόννσον ἐρίβρομον, εἰραφιώτην,
Μηρῷ ἐγκατέραψας, ὅπως τετελεσμένος ἔλθῃ
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον παρ' Ἵππαν καλλιπάρῃον.

Quae cum *Ovidio* conferenda Metam. III. 310., ubi de Baccho:

Imperfectus adhuc infans genetricis ab alvo
Eripitur patrioque tener (si credere dignum)
Insuitur femori maternaque tempora complet.

Suffim. Veneris p. 152. v. 27. longe concinnior scriptura foret:

Ἐλθὲ, μάκαιρα θεὰ, πολυήρατον εἶδος ἔχουσα.

pro *Ἔ., μ. θεὰ, κάλ' ἐπήρατον ε. ἔ.**)

Suffimine LVII. vs. 9. ferri non potest: 186

Ἀλλὰ, μάκαρ, καθαραῖς γνώμαις μύσταισι συνέρχου.

sed legendum: — *μύσταισιν ἐπέρχου*. Ita Carmine XLVII. 6.

Εὐμενέων ἐπαρωγὸς ἐπέλθοις μυστιπόλοισιν.

et alibi.

Carmine LVIII. 3. Parcas invocans ita canit:

Μοῖραι ἀπειρέσιοι, νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης,
Κλῦτέ μου εὐχομένου πολυώνυμοι, αἵ τ' ἐπὶ λίμνης
Οὐρανίας (ἵνα λευκὸν ὕδωρ νυχίας ὑπὸ θέρμης
Ῥήγνυται ἐν σκιερῷ λιπαρῷ μυχῷ εὐλίθρῳ ἄντρῳ)
Ναίουσαι.

[*) Conf. Dorvillius ad Chariton. p. 643. ed. Lips. *G. H. S.*]

Scaliger posteriora, in quibus sensus plane nullus, vertit:

Qua canus liquor induferi de fonte lavacri
Labitur aeterni specuis sub pumice opaco.

Unde patet virum magnum emendavisse:

—— *ἵνα λευκὸν ὕδωρ μυχίας ἀπὸ κρήνης*
Ῥήγνυται ἐν σκιερῷ λιπαρῷ μυχῷ εὐλίθου ἄντρου.

Sed malim, retento *ὑπὸ θέρμης*, scribere:

—— *ἵνα λευκὸν ὕδωρ μυχίας ὑπὸ θέρμης*
Ῥήγνυται ἐν σκιερῷ λιπαρῷ μυχῷ εὐλίθου ἄντρου.

137 Per *μυχίαν θέρμην* intelligo calorem ex igne in visceribus terrae occulto ortum, quo aquam subterraneam agitatam cum vi erumpere voluit Poëta.

Ibidem v. 21. nemo semel monitus facile, credo, pro genuino *Onomacriti* foetu agnoscet ineptissimum hunc versum:

Μοιράων τέλος ἦλθ' ἀοιδὴ, ἣν ὕφαν' Ὀρφεύς.

Ex more enim constanti Poëtae Suffimen finiendum invocatione quadam, qualis praecedit:

Μοῖραι, ἀκούσατ' ἐμῶν ὁσίων λοιβῶν τε καὶ εὐχῶν
Ἐρχόμεναι μύσταις λυσιπήμονες εὔφρονι βουλῇ.

Sic enim plerumque in his carminibus fieri solet.

Suffim. LXII. vs. 11. legitur:

Ἐν σοὶ γὰρ σοφίης ἀρετῆς τέλος ὄλλον ἱκάνει.

Mendum latet sub *ὄλλον*: geminationem enim literae *λ*, ut syllaba brevis natura producatur, locum habere nullus crediderim. Maculam absterges legendo:

Ἐν σοὶ γὰρ σοφίης, ἀρετῆς τέλος ἐσθλὸν ἱκάνει.

Ita mox fere v. 18.

Ὡς ἂν ἰσορρόπιαισιν ἀεὶ βίος ἐσθλὸς ὁδεύει.

138 et longe propius Carm. LXIII. 7.

Ὅς καὶ δυητοῖσιν βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ἐγείρει.

Sic Carm. LXVI. 8.

Ἐλθὲ, μάκαρ σωτὴρ βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων.

et alibi saepius. Unde emendationem certissimam esse cognoscas.

Suffim. LXIV. 7.

Εἰς δὲ πόθον νεῦσον Κύπριδος κώμους τε λυαίους.

Olim scriptum puto: — *κώμους τε Δυαίου.* Recte *Scaliger*:

Inque Venustatis divae et Brumi otia dia.

Suffim. LXV. 2.

Ἥφαιστ' ὀβριμόθυμε, μεγασθενὲς, ἀκάματον πῦρ,
Λαμπόμενε φλογίαις αὔραις φαεσίμβροτε δαῖμον.

Unica litera mutata scribendum:

Λαμπόμενε φλογίαις αὐγαῖς.

Ibid. v. 10.

Κλῦθι μάκαρ, κλήζω πρὸς εὐϊέρους ἐπὶ λοιβάς.

Versui et sensui succurres legendo:

—— *κλήζω σε πρὸς εὐϊέρους ἐπὶ λοιβάς.*

Sic Carm. LX. 139

Ὦ Νέμεσι, κλήζω σε θεὰ βασίλεια μεγίστη.

Carmine LXVI. v. 5. Aesculapium hisce compellat epithetis:

Αὐξιθαλὴς κόρε, ἀπαλεξίκακ', ὀλβιόμοιρε.

Et sensus et metrum laborat: binae enim priores syllabae in *ἀπαλεξίκακ'* breves sunt. Praeterea non intelligo, quomodo Aesculapius medicus optimus *ἀπαλεξίκακος* dici queat, cum *ἀπαλεξίκακον*, interpretante *Hesychio*, sit *ἀθεράπευτον*. Secundum consuetum in hisce Hymnis scribendi morem legendum censuerim:

Αὐξιθαλὴς κόρε, πᾶσιν ἀλεξίκακ', ὀλβιόμοιρε.

Sic Carmine XLIX. 8. *πᾶσιν ἐΰφρων*, et sic passim.

Suffimine LXIX. 9.

Λυσιμελεῖς οἴστρῳ βλοσυροννύχιαι πολύποτμοι,
Νυκτέριαι κοῦραι, ὀφιοπλόκαμοι, φοβερῶπες.

nullo modo commode explicari posse videtur illud *οἴστρῳ βλοσυροννύχιαι*. Quapropter ex una voce binas faciendo scribendum reor: *οἴστρῳ βλοσυραὶ, μύχιαι*. Posterius epitheton pro *νύχιαι* malo, propterea quod mox sequatur *νυκτέριαι*. Ita Suffim. praecedente v. 3. coniunxit Poëta:

140 *Νυκτέριαι, μύχιαι, ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί' ἔχουσαι.*

Eamdem vocum *νύχιος* et *μύχιος* permutationem vidimus supra Suffim. LVIII. 3.

Suffim. LXXII. 1.

Δαίμονα κικλήσκω μεγαλανηγήτορα φρικτόν.

Valde suspectum epitheton *μεγαλανηγήτορα*. Imo vix dubito, quin ad hunc fere modum dederit Poëta:

Δαίμονα κικλήσκω μέγαν ἠδ' ἡγήτορα φρικτόν.

Pergo iam ad Suffimen LXXXV. 6.

Σιγῶν σιγώσαις ψυχαῖς μέλλοντα προφωνῶν,
Οἷσιν ἐπ' εὐσεβίῃσι θεῶν νόος ἐσθλὸς ὁδεύει,
Ὡς ἂν ἀεὶ τὸ καλὸν μᾶλλον γνώμῃσι προληφθὲν
Τερπωλαῖς ὑπάγῃ βίον ἀνθρώπων προχαρέντων.

Legendum *ψυχαῖς μέλλοντα προφαίνων*. Similiter versu 18.

Μηδὲν ἐπ' ἀλλοκότοισι κακῶν σημεῖα προφαίνων.

Confer etiam Carmine VII. 20.

—— *ἡδὺν δὲ βίον μύστῃσι πρόφαινε.*

Praeterea mox pro *τὸ καλὸν μᾶλλον γνώμῃσι προληφθὲν* substituendum arbitror:

—— *τὸ καλὸν μέλλον γνώμῃσι προληφθέν.*

141 Per *τὸ καλὸν μέλλον* intelligit *bonum futurum*, quod ubi in somniis vident, homines oblectare solet. Simili fere modo paulo post vs. 13. dixit:

Τοῖς δὲ κακοῖς οὐδὲν φαίνει μέλλουσαν ἀνάγκην
Ὄψις ὀνειρήεσσα, κακῶν ἐξάγγελος ἔργων.

Atque haec hactenus de Hymnis illis *Orphicis*.

CAPUT III.

Homerus corrigitur. Mons Placus et Placium. Antiquissima urbs Thebe ad pedem Placi sita cur Ὑποπλακίη dicta fuerit. Dicaearchus apud Scholiastam Homeri emendatur.

Cum prae ceteris veterum scriptis, quae ad nostra usque tempora pervenere, singulari tam veterum quam recentiorum Criticorum diligentia et cura parum labis adhaeserit *Homero*, vulgatam huius poëtae scripturam absque Codicum MSS. subsidio temere sollicitandam non sine ratione negant eruditi. Quoniam vero et alii, etsi hisce adiumentis destituti, salutarem locis nonnullis mendosis, ut revera quaedam superesse omnes harum rerum gnari fatebuntur, admovere medicinam, 142
neminem paulo humaniorem aegre laturum confido, si et ego locum unum et alterum pro virili sanare adnitar. Legitur Il. Z. 394.

Ἔνθ' ἄλοχος πολύδωρος ἐναντίη ἦλθε θέουσα
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος·
Ἠετίων, ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων.

Varie verba illa Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ interpretati sunt viri docti. Horum tamen sententia, qui de *planitie* cogitarunt, eo minus placet, quod ὑπόπλακος potius adiectivum videatur λεῖον (ut a quibusdam explicatur) denotans, quam nomen substantivum: quod si admittas, male duo adiectiva feminina absque substantivo iuncta ponerentur. Potior eorum sententia videtur, qui ὑποπλάκῳ vertunt ὑπὸ Πλακίῳ ὄρει τῆς Κιλικίας, ut ad hanc vocem interpretamenti loco habet vetus *Scholiasta*. Quo etiam spectat illud *Hesychii*: Ὑποπλάκῳ, ὑπὸ τῷ Πλάκει ὄρει Κιλικίας. Forsan dederat ὑπὸ τῷ Πλακίῳ. Ex horum itaque sententia non Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ, sed ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ scripserat *Homerus*, id est *ad pedem Placi nemorosi*, idque tum hoc tum binis aliis *Ho-*

meri locis reponendum, ubi eadem repetuntur verba, Il. Z. 425 et Il. X. 479. Ne dubites de nomine *Πλάκος*
143 pro *Πλάκιον*, en *Hesychii* verba, qui duplex montis nomen fuisse notat in v. *Πλάκος*, *ὄρος τῆς Κιλικίας. τινὲς δὲ Πλακούσιον λέγουσι.* Forte scribendum *τινὲς δὲ Πλάκιον λέγουσι*, quam formam supra iam vidimus. Unicus huic sententiae quodammodo obstare videri posset locus, quem iam antea innui, Il. Z. 425.

Μητέρα δ', ἣ βασίλευεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ,
Τὴν ἐπεὶ ἂρ δεῦρ' ἦγαγ' ἅμ' ἄλλοισι κτεάτεσσιν,
Ἄψ ὅγε τὴν ἀπέλυσε λαβὼν ἀπερείσι' ἄποινα.

ubi cum locum, ubi mater Andromaches regnavit, definire voluerit Poëta, non sufficit simpliciter dixisse, illam regnasse *ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ*, sed proprium aliquod nomen, quod locum paulo accuratius designat, requiritur. Verum enim vero, cum praeter hoc ipsum alia mihi indicia reperisse videar, quibus evinci poterit, maculam et hoc loco irrepsisse, nihil inde de sententia nostra decedit. Quicunque enim aures habet purgatas, vix, nisi fallor, in Poëta feret repetitionem ingratam voculae *τὴν* vers. 426. et 427., quarum alterutra plane supervacanea est. Praeterea illud *ἂρ δεῦρ'* quam durum sit ob repetitionem literae ρ, nemo non sentit. Quapropter electo *ἂρ*, forte ex sequente *δεῦρ'* orto, forte a viro literato ad fulciendum versum ad-
144 dito, pro altero *τὴν* reponendum suspicor antiquissimae urbis nomen *Θήβῃ* hoc modo:

Μητέρα δ', ἣ βασίλευεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ, ἐπεὶ δεῦρ' ἦγαγ' ἅμ' ἄλλοισι κτεάτεσσιν,
Ἄψ ὅγε τὴν ἀπέλυσε λαβὼν ἀπερείσι' ἄποινα.

Ad emendationem stabiliendam praeter locum *Homeri* supra iam memoratum adscribi merentur eiusdem poëtae verba Il. X. 477.

Ἕκτορ, ἐγὼ δύστηνος· ἰῇ ἄρα γεινόμεθ' αἴσῃ
Ἀμφότεροι, σὺ μὲν ἐν Τροίῃ Πριάμου κατὰ δῶμα,
Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβῃσιν, ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ.

Iam ut pateat, quam apte Θήβη haec Ὑποπλακίη dicatur fuisse ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ, egregium *Dicaearchi* locum a *Scholiasta* ad Il. Z. 396. conservatum subiungam. Ἡρακλῆς δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φανεὶς ἔλαβε τὴν Θήβην γυναῖκα, καὶ κτίσας πόλιν ὑπὸ τὸ Πλάκιον καλούμενον ὄρος τῆς Κιλικίας Πλακίαν Θήβην αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ἐκάλεσεν. Ἡ ἱστορία παρὰ Δικαιάρχῳ. *Dicaearchi* verba, ut hoc obiter moneam, paulo ante ibidem emendanda: Γρανικὸς, οἱ δὲ Ἀτράμυς, Πελασγὸς τὸ γένος, (sic legitur in antiquis editionibus, quod pessime a *Schrevelio* mutatum in Γρανικὸς ὁ Ἀτράμυς, ἦγουν Ἀτράμυτος, Πελασγὸς τὸ γένος) ἀφίκετο ποτὲ κ. τ. λ.: ubi pro Γρανικὸς, quod nullo modo stare potest, adfinis scripturae nomen Ἀδράμυτος reponendum. Vide 145
hac de re *Stephanum Byzantinum* v. Ἀδραμύττειον.

CAPUT IV.

Homerus emaculatur. Ὑπημύειν. Genae lapsae. Apuleius correctus.

Ex *Homero* et hoc capite quaedam adiungam. Il. X. 473. sequentia de Andromache leguntur:

Ἀμφὶ δέ μιν γαλόῳ τε καὶ εἰνάτερες ἄλις ἔσταν,
Αἳ ἑ μετὰ σφίσιν εἶχον ἀτυζομένην ἀπολέσθαι.

Andromache, cum maritum suum Hectora ante muros raptatum ab equis cerneret, tristissimo spectaculo adeo stupefacta erat, ut dolori penitus succumberet. Quod his verbis modo ante describit divinus poëta:

Τὴν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.
Ἤριπε δ' ἐξοπίσω, ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε.
Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα,
Ἄμπυκα κεκρύφαλόν τ' ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην
Κρήδεμνόν θ'.

unde mox vers. 475.

Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη,
Ἀμβλήδην γοόωσα μετὰ Τρωῇσιν ἔειπεν.

146 Quis itaque feret, Andromachen dici *ἀτυζομένην ἀπολέσθαι*, ac si tum adhuc mortem verebatur? aliam enim interpretationem admittere vix videntur haec verba. Posses forsan succurrere legendo *ἀτυζόμεναι ἀπολέσθαι*, quod ad comites Andromaches referendum, quae illam inter se continentes verebantur, ne interiret.

Addam ex eodem libro *Homeri* vs. 490. et 491.

Ἦμαρ δ' ὀρφανικὸν παναφήλικα παῖδα τίθησι.
Πάντα δ' ὑπεμνήμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί.

Et olim et adhucdum Criticos exercuit verbum illud *ὑπεμνήμυκε*. Varias eruditorum sententias vid. in notis ad *Hesychium* v. *Ἐμμέμυκεν* (ubi hunc *Homeri* locum ante oculos habuit Lexicographus): unde merito suspicatur *Kusterus*, in quibusdam *Homeri* Codicibus non *ὑπεμνήμυκε*, sed *ὑπεμμέμυκε* fuisse. Imo non tantum *ὑπεμμέμυκε* olim exstitisse, sed binis vocibus veteres legisse *ὑπ' ἐμμέμυκε* tuto hinc concludi posse reor. Ex binis itaque his veterum Codicum lectionibus crediderim olim fuisse scriptum *ΥΠΕΜΜΗΜΥΚΕ*, quod corruptum pro *ΥΠΟΜΜΗΜΥΚΕ*; atque hinc voces tantum distinguendo hanc eruo scripturam:

Πάντα δ' ὑπ' ὄμμ' ἤμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί.

147 Ubi *πάντα* adverbialiter sumendum pro *πάντως*. Quo sensu autem *ὄμμα ὑπημύειν* dicatur *Homero*, docebunt explicationes veterum Grammaticorum, ubi interpretantur *κατεστύγνακε*, et clarius *Hesychius* v. *Ὑπεμνήμυκε, ὑπομέμυκε, κλαίει, στενάζει*. Verbum *ὑπημύειν* de genis prae luctu marcescentibus adhibuit *Colluthus* noster vs. 332.

Οὐχ ὁράᾳς; γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαὶ,
Πυκνὰ δὲ μυρομένης θαλεραὶ μινύθουσιν ὀπωπαί.

quae verba in clara luce collocant illa *Homeri* Odyss. Θ. 530.

Τῆς δ' ἐλεεινοτάτῳ ἄχεϊ φθινύθουσι παρειαί.

Apuleius Met. x. p. 210. lin. 24. *lapsas genas* vocat; ita enim recte emendavit *Pricaeus* in Not. p. 584. Praeterea autem, ut hoc verbo moneam, ibidem lin. 16. lego: *sed mulier illa, quamdiu primis elementis Cupido parvulus nutriebatur, inbecillis adhuc eius viribus, facile ardorem tenuem deprimens silentio resistebat.* Male legitur *ruborem:* loquitur enim de amore, quem *ardorem* vocat, ut mox *ignem vesanum* ibidem. Ceterum hinc satis patet in *Homerico* nostro loco recte verbum *ὑπημύειν* poni de luminibus prae nimio fletu tabescentibus, qualia erant illa Astyanactis. Eodem modo, 148
ut *Homerus* *ὄμμα* et *παρειαὶ*, *Catullus* Carm. LX. 55. coniunxit:

Moesta neque assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent tristique imbre madere genae.

Pergo iam ad alium *Homeri* locum Odyss. *H.* 120.

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ.
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ,
Ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐρέφεται.
Τῆς ἕτερον μὲν, θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ, ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
Ἄλλας δὲ τραπέουσι· πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσιν,
Ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσι.

quae verba pessime distincta omnem fere elegantiam amisere. Primo versum 121. nullo modo cum praecedentibus coniungi posse facile senties, ubi ad animum revocaveris *αὐτὰρ* potissimum in initio periodi poni, quod secus sese haberet, si proba foret in vulgatis distinctio. Praeterea cum Poëta potissimum de uvarum multitudine loquatur, parum recte illa de vinea interponuntur. Imo difficultas quoque in eo est, quod voces *ἑτέρας*, *ἄλλας* etc. ad remotius *σταφυλὴ* referantur, cum tamen *τῆς ἕτερον μὲν, θειλόπεδον* etc., quae praecedunt, necessario pertineant ad vineam. Scrupulum removebis omnem hoc modo distinguendo.

Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ. 149

Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ
(Ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐρρίζωται,
Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον) λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ, ἑτέρας δὲ κ. τ. λ.

Ordo est: *Αὐτὰρ σταφυλὴ ἐπὶ σταφυλῇ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ ἠελίῳ τέρσεται λευρῷ ἐνὶ χώρῳ (Ἔνθα δέ οἱ κ. τ. λ.)*: quae eo, ut feci, modo parenthesi includenda sunt.

CAPUT V.

Apollonius Rhodius emendatur. Ἀμύσσειν. Epigramma apud Pausaniam emaculatur. Messenen Magnae deorum Matris mysteria a Caucone didicisse observatur.

Cum praecedente Capite, ubi de *Homeri* loco Il. X. agerem, verbi *ἠμύειν* mentio fuerit facta atque ea occasione in *Apollonii Rhodii* locum L. II. Argon. vs. 864., ubi compositum *κατημύειν* mendose legitur, inciderim, coniecturam de eo adposuisse non alienum fore existimavi. Legitur:

—— οὔτε τι σίτου
Μνώοντ', οὔτε ποτοῖο· κατήμυσαν δ' ἀχέεσσι
Θυμόν· ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀπ' ἐλπίδος ἔπλετο νόστος.

Eandem lectionem ante oculos habuit Grammaticus, qui, ut verbum *κατήμυσαν* interpretaretur, addidit: *ἐστύγνασαν ταῖς λύπαις. κατεκλίνθησαν, ὅτι ἀπηλπίκεισαν τὴν σωτηρίαν παντάπασιν.* Vereor tamen, ut alibi ita active positum reperias. Prae vulgata adridet quam maxime haec scriptura:

—— κατήμυξαν δ' ἀχέεσσι
Θυμόν.

Verbum *ἀμύσσειν* proprie *radere, vellicare* denotat, unde ad animum transfertur, metaphora desumta a vestimentis, quae in summo luctu lacerabantur. Ita

Homerus, unde procul dubio *Apollonius* locutionem desumsit, Il. *A.* 243.

—— σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις
Χωόμενος.

Plura huc spectantia dabit clarissimus *Alberti* ad *Hesychium* v. *Ἀμύξεις*, ubi loci *Homerici* etiam meminit.

Egregiam Epigrammatis partem, quam nobis reservavit *Pausanias* Lib. IV. Cap. I. p. 282., non leviter contaminatam subiungam:

Ἤγνισα δὲ Ἑρμοῖο δόμους * τε κέλευθα
Πατρὸς καὶ πρωτογόνου κούρας. ὅθι φασὶ
Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα
Φλυάδεω κλεινοῖο γόνου Καυκωνιάδαο.
Θαύμασα δ', ὡς σύμπαντα Λύκος Πανδιόνιος φὼς 151
Ἀθίδος ἱερὰ ἔργα παρ' Ἀνδανίῃ θέτο κεδνῇ.

Recte in primo versu *Amasaeus* legit: Ἤγνισα δ' Ἑρμείαο δόμους. Hoc tamen cum *Kuhnio* nolim interpretari de Cerycum Atticorum familia, *qui a Ceryce, filio Mercurii, originem trahentes sacris Eleusiniis vocem commodabant.* Verba sunt doctissimi *Kuhnii.* Quae interpretatio nimis longe petita sua sponte facile destruitur. Malim Ἑρμείαο δόμους explicare de *templo Mercurii*, quod forte Methapus, cuius statuae Epigramma hoc erat inscriptum, lustraverat, licet hac de re certi quid adfirmare non ausim. Longe certior *Kuhnii* emendatio post δόμους inserentis μεγάλης. Mox tamen versu sequente eidem viro haud obsecundandum, dum corrigit Ματρὸς καὶ πρωτογόνου etc. Sio enim versus manco incederet pede, qui constabit, modo pro πατρὸς scribas Δήμητρος. In sequentibus facem prae ceteris accendit *Pausanias* paulo ante p. 281. his verbis: Πρῶτοι δ' οὖν βασιλεύουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ Πολυκάων τε ὁ Λέλεγος καὶ Μεσσήνη γυνὴ τοῦ Πολυκάονος. παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος ὁ Κελαινοῦ τοῦ Φλυοῦ. Hinc disci poterit, Messenen mysteria ab

ipso Caucone Phlyi nepote didicisse. Quid si itaque pro *ΚΑΥΚΩΝΙΑΔΑΟ* scribamus *ΚΑΥΚΩΝΑΔΙΔΑΟ* et
152 mutata terminatione *ΚΑΥΚΩΝΑ ΔΙΔΑΞΑΙ*? Hoc si admittas, facile patet, praeterea pro *γόνου* legendum esse *γόνον*. Verba itaque sic scribenda:

—— ὅθι φασὶ
Μεσσήνην, θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα,
Φλυάδεω κλεινοῖο γόνον Καύκωνα διδάξαι.

Ordo verborum est: ὅθι φασὶ, *Καύκωνα Φλυάδεω κλεινοῖο γόνον διδάξαι Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα*. Hac admissa coniectura intelligi potest, quid sibi voluerit *Pausanias* his verbis: *Τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ μὲν, ὡς παρὰ τὴν Μεσσήνην ἀφίκοιτο ὁ Καύκων ἀπόγονος ὢν Φλυοῦ*. Sequente versu pro *Πανδιόνιος φὼς* malim scribere *Πανδίονος υἱὸς*, quo etiam ducunt *Pausaniae* verba paulo ante: *Ὡς δὲ ὁ Πανδίονος οὗτος ἦν Λύκος, δηλοῖ τὰ ἐπὶ τῇ εἰκόνι ἔπη τῇ Μεθάπου*. Totum itaque locum sic commode scribi posse censuerim:

Ἤγνισα δ' Ἑρμείαο δόμους, μεγάλης τε κέλευθα
Δήμητρος, καὶ πρωτογόνου κούρας. ὅθι φασὶ,
Μεσσήνην, θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα,
Φλυάδεω κλεινοῖο γόνον Καύκωνα διδάξαι.
Θαύμασα δ', ὡς σύμπαντα Λύκος Πανδίονος υἱὸς
Ἀτθίδος ἱερὰ ἔργα παρ' Ἀνδανίῃ θέτο κεδνῇ.

---

153 CAPUT VI.

Ephippi Fragmentum apud Athenaeum variis liberatur mendis. Simon Philosophus. Ἄτμητος. Ὑπόξυλος.

Apud *Athenaeum* L. XI. p. 509. C. exstat *Ephippi*, mediae comoediae poëtae, e fabula, cui Naufrago nomen, insigne fragmentum, quo Platonem eiusque familiares quosdam comico sale perstringit, quod amore pecuniae adducti aliorum famam laederent eosque calu-

mniarent. Illud nonnullis mendis liberasse non pigebit:

Ἐπεὶ καταστὰς εὔστοχος νεανίας,
Τῶν ἐξ Ἀκαδημίας τις ὑπὸ Πλάτωνα, καὶ
Βρύσων ὁ θρασυμαχειοληψικερμάτων
Πληγεὶς ἀνάγκῃ ληψιγομίσθῳ τέχνῃ,
Συνών τις οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν,
Εὖ μὲν μαχαίρᾳ ξύσι ἔχων τριχώματα,
Εὖ δ' ὑποκαθιεῖσα τἀμὰ πώγωνος βάθη,
Εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πολλὰ τιθεὶς ὑπὸ ξυρὸν
Κνήμης ἱματίων ἰσομέτροις ἑλίγμασιν
Ὄγκῳ τε χλανίδος εὖ τεθωρακισμένος.
Σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθεὶς βακτηρίᾳ
Ἀλλότριον οὐκ οἰκεῖον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Ἔλεξεν ἄνδρες τῆς Ἀθηναίων χθονός.

Prae ceteris elegans *Grotii* commentum in Excerptis 154
ex Trag. et Com. Graec. pag. 677., ubi priora ita emendat:

Ἐπεὶ καταστὰς εὔστοχος νεανίας
Τῶν ἐξ Ἀκαδημίας τις, ὑπὸ Πλάτωνα καὶ
Βρύσωνα θρασυαχρειοληψικερμάτῳ,
Πληγεὶς ἀνάγκῃ λεπτολογομέστου τέχνης.

Ab hac itaque scriptura non discedendum arbitror. Quod sequitur versu 5. *συνών τις οὐκ ἀ. δ. λ.*, sanum esse vix crediderim. Cum sententia alias perfecta videatur, sub voce *συνών* nomen proprium philosophi, quem hic potissimum ante oculos habuit Comicus, quaerendum suspicor. Pro *ΣΥΝΩΝ* itaque lego *ΣΙΜΩΝ*. Erat ille Simo Atheniensis coriarius Socratis discipulus, de quo vide *Diogen. Laert.* Lib. II. Segm. 122. Versu 7. prae *Casauboni* coniectura, quam in ipsius Animadv. vide, illa *Scaligeri*, cuius meminit magnus *Grotius*, arridet. Emendaverat scilicet: *εὖ δ' ὑποκαθιεὶς ἅτομα π. β.* Verum pace tanti viri sensus quidem elegans evadit, at senarius altero pede claudicans incedit:

Εὖ δ' ὑπο | καθιεὶς | ἅτο | μαπώ | γωνος | βάθη.

ubi quidem sex pedes habemus, at tertia sede, secus ac oportebat, pyrrhichius est. Vel ego fallor, vel *Ephippus* scripserat:

Εὖ δ' ὑποκαθιεὶς ἄτμητα πώγωνος βάθη.

155 Intelligit barbam intonsam et promissam admodum. Simili modo Bacchi crines intonsi ἄτμητοι ἴθειραι audiunt *Apollonio Rhodio* L. II. 710.

Ἰλήκοις· αἰεί τοι, ἄναξ, ἄτμητοι ἴθειραι,
Αἰὲν ἀδήλητοι.

Hunc *Ephippi* versum excipiunt duo alii adeo mendosi, ut, quae Comici mens fuerit, vix intelligas. *Scaliger* et *Grotius* tentarunt hoc modo:

Εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα τιθεὶς ὑπόξυρον
Κνήμης, ἱματίων ἰσομέτροις εἰλίγμασιν,
Ὄγκῳ τε χλανίδος εὖ τετωρακισμένος.

partim quidem recte, partim secus. Quid enim erit ὑπόξυρον πόδα, quid πόδα κνήμης? An ποῦς pars erat κνήμης? Minime vero. Novi κνήμην aeque ac μηρὸν et πόδα ad σκέλος pertinere eiusque partes esse, alterum non item. Pro ὑπὸ ξυρὸν vel ὑπόξυρον alterum epitheton, pedi magis accommodatum, ὑπόξυλον substituere malo. Ὑπόξυλος vocabulum comicum est, quod de illis rebus adhibere solebant, quae externa specie pulchra, re vera tamen et interne deterioris notae erant. Verba *Scholiastae* ad *Hermogenem* a magno *Casaubono* ad *Athenaeum* Libr. IX. Cap. VIII. p. 664., ubi egregia

156 de hac voce notat, prolata adscribi merentur: Ὑπόξυλα κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλματα, οἷς ἐκ ξύλων κατεσκευασμένοις ἐπιπολῆς ἐπελήλαται ἄργυρος ἢ χρυσός· κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. καὶ *Μένανδρος Περινθίᾳ φησίν.*

Οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος.

ἀντὶ τοῦ κίβδηλος καὶ οὐ γνήσιος. Ita recte hunc locum a viro magno emendatum opinor. Confer cum hisce *Scholiastae* verbis *Pollucem* Lib. III. 56. Σῶμα ὑπόξυλον *Alexis* in memorato *Athenaei* loco p. 885. dixit:

Ἀκρολίπαροι· τὸ δ' ἄλλο σῶμ' ὑπόξυλον.

Vide itaque, quam lepide tumidis illis philosophis, quique ad maiorem ostentationem sumtuoso vestitu sese exornare solebant, *πόδα ὑπόξυλον* tribuat Comicus. Versu sequente quod pro *κνήμης* reponam vix habeo, nisi forte scriptum olim *ΚΑΙΝΗΣ* pro *ΚΝΗΜΗΣ*, idque mutata terminatione pro *καινῶν*, ut sic pertineat ad *ἱματίων*. Nova vestimenta quam maxime in eiusmodi delicati philosophi ornatu requirebantur. Totum iam fragmentum ex nostra sententia sic scribendum:

Ἐπεὶ καταστὰς εὔστοχος νεανίας
Τῶν ἐξ Ἀκαδημίας τις, ὑπὸ Πλάτωνα καὶ
Βρύσωνα θρασυαχρειολῃψικερμάτῳ,
Πληγεὶς ἀνάγκῃ λεπτολογομεστοῦ τέχνης, 157
Σίμων τις οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν,
Εὖ μὲν μαχαίρᾳ ξύστ' ἔχων τριχώματα,
Εὖ δ' ὑποκαθιεὶς ἄτμητα πώγωνος βάθη,
Εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα τιθεὶς ὑπόξυλον,
Καινῶν ἱματίων ἰσομέτροις εἱλίγμασιν,
Ὄγκῳ τε χλανίδος εὖ τεθωρακισμένος,
Σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθεὶς βακτηρίᾳ,
Ἀλλότριον οὐκ οἰκεῖον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Ἔλεξεν· Ἄνδρες ὦ Ἀθηναίων χθονός.

CAPUT VII.

Aristophanes emendatur et explicatur.

Cum in praecedentibus in emendando Comici loco fuerim, et hoc Capite locum unum et alterum et *Aristophanis* Comoedia Ecclesiazusis examinare liceat. Versu 615. senex Blepyrus animadvertens, si prius cum turpionibus puellis res foret habenda, nunquam senes ad formosas perventuros, ita Praxagoram adloquitur:

ΒΛ. Καὶ πῶς ἡμᾶς τοὺς πρεσβύτας, ἢν ταῖς αἰ-
σχραῖσι ξυνῶμεν,

Οὐκ ἐπιλείψει τὸ πέος πρότερον, πρὶν ἐκεῖσ',
οἷ φῄς, ἀφικέσθαι;
ΠΡ. Οὐχὶ μαχοῦνται; ΒΛ. Περί του; ΠΡ. Τοῦ μὴ
ξυγκαταδαρθεῖν.
ΒΛ. Καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι.
158 *ΠΡ. Τὸ μὲν ἡμέτερον γνώμην τίν' ἔχει. προβεβούλευται γὰρ, ὅπως ἂν*
Μηδεμιᾶς ᾖ τρύπημα κενόν.

Versu 8. animadvertens *Tanaquillus Faber*, vir acutissimus, tum iustum pedum numerum non obtinere, tum etiam sensum laborare, emendavit:

ΠΡ. Οὐχὶ μαχοῦνται. ΒΛ. Περί του; ΠΡ. Περί του;
τοῦ μή σοι ξυγκαταδαρθεῖν.

in qua lectione eleganti et comico sale minime destituta minus tamen probo, quod, ubi Blepyrus in genere de senibus locutus fuerat, hic Praxagora ad solum Blepyrum respiciat deque illo puellas pulchras non pugnaturas adfirmet, cum tamen mox vs. 618. rursus Blepyrus Praxagorae iocum excipiens in genere pro omnibus senibus respondet: eo enim necessario referendum *περὶ τούτων* postea dicemus. Malo itaque, repetito altero *περί του*, pro posteriori *τοῦ* scribere *τούτοις* hoc modo:

ΠΡ. Οὐχὶ μαχοῦνται. ΒΛ. Περί του; ΠΡ. Περί του;
τούτοις μὴ ξυγκαταδαρθεῖν.

Praxagora Blepyro salse respondens, *Non pugnabunt*, inquit, *puellae.* Hoc non capiens senex, *Qua de re,*
159 rogat, *non pugnabunt?* Respondet Praxagora: *Si cum illis* (senibus) *non congrediantur.* His auditis senex et se a vetula salso ioco rideri cernens, ut par pari referret, mox simili modo illam excipit his verbis: *Καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι.* De his re prorsus desperemus, facit nonnullarum editionum scriptura, ubi pro *καί σοι τὸ περὶ τ. δ. μ.* legi testatur cl. *Kusterus: Καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει.* Quae bina si componamus, facile liquet, illud *καί σοι* in alterutro loco delendum, atque adeo probabile esse, in priori loco post *σοι* lacunam

ex posteriori ita partim supplendam: *Καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι.* Ut autem versus perfectus evadat, sic legendum suspicor:

ΒΔ. Καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. ΠΡ. Τὸ τί; ΒΔ. Περὶ τούτων δῆτα μάχεσθαι.

Salse respondet senex Blepyrus ad vetulae iocum: *Et tibi tale quid eveniet.* Hoc non intelligens Praxagora (eodem modo ut in praecedente versu Blepyrus *περί του;* dixerat) rogat: *Τὸ τί; Quid sibi eveniret?* Iam senex respondet: *Ut scilicet de illis (senibus) pugnaret.* Nota locutio Graecis est *ὑπάρξει μοι τοῦτο ποιεῖν*, quam ut multis illustremus, opus non est. Illud *τὸ τί Aristophani* in interrogationibus frequens. Totum locum iam, ut legendum censeo, subiungam:

ΒΔ. Καὶ πῶς ἡμᾶς τοὺς πρεσβύτας, ἢν ταῖς αἰ- 160
σχραῖσι ξυνῶμεν,
Οὐκ ἐπιλείψει τὸ πέος πρότερον, πρὶν ἐκεῖσ',
οἶ φὴς, ἀφικέσθαι;
ΠΡ. Οὐχὶ μαχοῦνται. ΒΔ. Περί του; ΠΡ. Περί του;
τούτοις μὴ ξυγκαταδαρθεῖν.
ΒΔ. Καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. ΠΡ. Τὸ τί; ΒΔ. Περὶ τούτων δῆτα μάχεσθαι.

Addam adhuc locum non ita multo post ibidem apud *Aristophanem* hac occasione emaculandum vs. 625.

—— κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖς καλοῖς καταδαρθεῖν
Ταῖσι γυναιξὶ, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς
χαρίσωνται.

Quinam per *τοῖς μικροῖς* intelligendi, mihi nondum exploratum satis est. Interea e loco parallelo suspicor legendum: *πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς σιμοῖς χαρίσωνται.* Locus, qui eo potissimum nos ducit, est in eodem dramate v. 701.

Τοῖς γὰρ σιμοῖς καὶ τοῖς αἰσχροῖς
Ἐψήφισται πρωτέροις βινεῖν.

Et sic de puellis ibidem paulo ante v. 613.

Αἱ φαυλότεραι καὶ σιμότεραι παρὰ τὰς σεμνὰς καθεδοῦνται.

CAPUT VIII.

Hermesianactis Fragmentum insigne apud Athenaeum aliquoties emendatur. Charontis cymba κοινὴ ἄπατος dicta. Θοοῦσθαι. Musaeus Antiopes amore captus. Πολιὸς οὐδὸς, γήραος οὐδός. Mimnermus quanti fecerit amorem. Antimachus Lydes amore captus. Lydes patria. Σαρδιανός. Colonus Sophoclis patria. Euripides cur μισογύνης dictus.

Exstat apud *Athenaeum* L. XIII. p. 597, 598, 599. insigne Fragmentum *Hermesianactis Colophonii*, quo enumerat, quinam potissimum e veteribus amarunt. Hoc cum valde depravatum sit, nonnullis locis, ubi adhuc vestigia, quae ad veram scripturam ducere videntur, supersunt, in sequentibus succurrere fert animus. Neque tamen omnes maculas, quae plurimae insunt, a me abstergi posse, adeo ut nihil in posterum supersit, in quo veram Poëtae manum sollicitaremus, est existimandum. Insunt enim multa, quae vel plane incerta, vel in quibus a vulgari opinione recessit *Hermesianax*. Haec proinde intacta reliquisse, quam coniecturas nullo suffultas tibicine et plane incertas in medium protulisse satius duxi. In initio statim offerunt sese haec verba:

162 *Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο,*
Ἀγριόπην Θρῃσσαν στειλάμενος κιθάρῃ;
Ἄιδοθεν, ἔπλευσε δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον,
Ἔνθα Χάρων· ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
Ψυχὰς οἰχομένων· λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀΰτεῖ
Ῥεῦμα δι' ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.

Levius est, attamen verbo monendum, versu 2. deleto signo interrogationis, ut vocant, sic verba coniungenda esse;

Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο,
Ἀγριόπην Θρῆσσαν στειλάμενος κιθάρῃ
Ἄιδοθεν, ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον.

Pendent haec omnia a verbo *γινώσκεις* vel *οἶσθα*, quod forsan in praecedentibus praecesserat, quemadmodum amat loqui Poëta. Ita postea vs. 85.

Οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς
Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης.

quae ad verbum *Οἶσθα* vs. 75. referri debent. Versu 4. quid sibi vellent verba *ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον*, ignorans *Casaubonus* excogitavit varia epitheta, quae Charontis cymbae convenire videbantur. Cum tamen cuncta longius a vulgata abeant, mavelim:

Ἔνθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον
Ψυχὰς οἰχομένων.

Κοινὴν ἄκατον appellasse videri posset Poëta propterea, 163
quod omnes homines sine discrimine post mortem hac cymba transvectet portitor Averni. Ob eandem causam certe *εὐρεῖαν σχεδίαν*, sive quae magnam hominum multitudinem simul capere poterat, Charontis cymbam vocat *Theocritus* Idyll. XXVI. 41.

Ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
Θυμὸν ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος.

Addam unicum *Sophoclis* locum in Electra vs. 137., ubi *πάγκοινος λίμνη* lacus infernalis appellatur:

Ἀλλ' οὗτοι τόνγ' ἐξ ἄϊδα
Παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀν-
Στάσεις.

Mox, cum *ῥεῦμα* ita absolute positum vix admitti possit, malo:

—— *λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ*
Ῥεύματι ἐξ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.

Sequuntur in Fragmento vs. 7. etc.

Ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μονόζωστον κιθαρίζων
Ὀρφεὺς· παντοίους δ' ἐξανέπεισε θεούς·
Κωκυτόν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα,

Ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς,
Ἐν πυρὶ μὲν φωνῇ τεθωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
Σκληρὸν τριστοίχοις δεῖμα φέρων κεφαλαῖς.

164 Quid sit *κῦμα μονόζωστον*, iuxta cum ignarissimis ignorare me lubens fateor. Solus, quantum memini, Orpheus ab antiquis perhibetur, qui dulci citharae cantu aures deorum infernalium mulsit. Hinc est, ut suspicer, Poëtam scripsisse:

Ἀλλ' ἔτλη παρὰ κῦμα μόνος ζώντων κιθαρίζων
Ὀρφεύς· παντοίους δ' ἐξανέπεισε θεούς.

In sequentibus etiam minus proba lectio. Participium enim *φέρων* sive ad Orpheum referas, sive ad Cerberum, structura manet aeque imperfecta. Ut tenebras discutiamus, sic legendum:

Ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς,
Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωμένου, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
Σκληρὸν, τριστοίχου δεῖμα φέρων κεφαλῆς.

Structura, quae paululum intricatior, talis fere est: *φέρων (Ὀρφεὺς) δεῖμα τριστοίχου κεφαλῆς βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα σκληρὸν τεθωμένου.* Sensus verborum est: *Orpheus formidabilem faciem tergemini capitis ferens sustinuit adspectum canis horribili latratu atque oculis igne micantibus instantis.* Sub *φωνὴν* et *ὄμμα* more Graecis familiari tacite intelligi debet *κατά*. Verbi *θοοῦσθαι* usum elegantem illustrabit *Nicandri* locus Ther. vs. 228.

165 —— *αὐτὰρ ἐνωπῆς*
Γλήνεα φοινίσσει τεθωμένος.

Pergo ad versum 15. *Hermesianactis*, ubi de Musaeo:

Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς μήνης ἀγέραστον ἔθηκεν
Μουσαῖος Χαρίτων ἥρανος Ἀντιόπην,
Ὅστε πολυμνήστησιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
Εὔοσμον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων.
Ῥάριον ὀργίων ἀνέμῳ διαποιπνύουσα,
Δήμητρα, γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ.

Difficultatem maximam in hisce versibus cernens magnus *Casaubonus* silentio locum praeteriit. Varia corruptae lectionis indicia tum sensus, qui nullus plane inest, tum alia praebent. Quid enim *πολυμνήστησιν*, aut quo referendum? quid *παρὰ πέξαν εὔοσμον*? quid *κρυφίων ἐξεφόρει λογίων* absque addito nomine ab *ἐξεφόρει* recto? Praeterea *ὀργίων* mediam correptam habet, secus ac obtineret, si proba foret lectio. Imo, si vel *ὀργίων* recte sese haberet, nullo tamen modo intelligi poterit versus ille 19. Ut omnes difficultates simul removeantur, non inconcinne totum locum scriberes:

Οὐ μὴν οὐδ' υἱὸς μήνης ἀγέραστον ἔθηκεν
Μουσαῖος Χαρίτων ἥρανος Ἀντιόπην,
Ὄργε πολυμνήστην ποτ' Ἐλευσῖνος παρὰ πέξαν
Εὔσημον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων
Ῥάριον, ὀργιάων ἀνεμώλια ποιπνύουσαν
Δήμητρα· γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ.

Viden', quam exigua sit differentia inter *ΟΡΓΙΩΝΑ-* 166
ΝΕΜΩΛΙΑΠΟΙΠΝΥΟΥΣΑ et *ΟΡΓΙΑΩΝΑΝΕΜΩ-ΛΙΑΠΟΙΠΝΥΟΥΣΑΝ*? Haec enim, si voces dividas, illam, quam dedi, scripturam gignent. Quam recte cuncta quadrent in Musaeum, quippe qui Lycodrymidis Hymnum in Cererem composuit et ipse vates et *Χρησμῶν* auctor perhibetur, aestima. Confer quae de Musaeo e veterum scriptis notavit *I. A. Fabricius* Bibl. Graec. Vol. I. p. 102. Praeterea nota est locutio *ὀργιάζειν* vel *ὀργιᾶν τὸν θεὸν* pro *deo sacra facere*. Reliqua *γνωστὴ δ' ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ* qui ad Cererem referunt, a mente Poëtae quam longissime aberrare mihi videntur: nihil enim ad rem faciebat, utrum Ceres apud inferos nota esset, nec ne, cum contra, si de Antiope interpreteris, quam maxime Poëtae scopo conveniant. Voluit, nisi fallor, Musaeum adeo magni fecisse Antiopen, ut etiam apud inferos in honorem eius carmina cecinerit et hoc modo innotuerit Antiopes nomen.

[Coniecturam super Hermesianactis vers. 25. etc.,

quam supra, ubi loca quaedam ex eius fragmento apud Athenaeum emendavi, de industria omiseram, quia paulo incertior videbatur, adposuisse nunc tamen satius duco. Verba prouti vulgo leguntur adponam.

Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον πάσης ἤρανον ἱστορίης
Ἀσκραῖον ἐσικέσθαι, ἔχονθ' Ἑλικωνίδα κώμην.
Ἔνθεν ὅγ' Ἀοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν
Πόλλ' ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους
Ὕμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

Videtur respexisse ad Hesiodi opus, vel saltem quod Hesiodo a multis adscribitur, *Magnas Eoeas*, atque in ea fuisse opinione, illud nomen traxisse ab amica quadam Hesiodi Eoea dicta, a cuius nomine libros hosce auspicatus est. Lego itaque:

Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον πάσης ἤρανον ἱστορίης
Ἀσκραῖον ἐσικέσθαι, ἔχειν θ' Ἑλικωνίδα κώμην·
Ἔνθεν ὅγ' Ἀοίην μνώμενος Ἀσκραϊκὴν
Πόλλ' ἄποθεν πάτρης Μεγάλων ἀνεγράψατο βίβλους
Ἀοίων, ἐρατῆς παιδὸς ἐναρχόμενος.

Quantilla sit differentia inter *ΠΟΛΛΕΠΑΘΕΝΠΑΣΗΣΑΕΛΟΓΩΝ* et *ΠΟΛΛΑΠΟΘΕΝΠΑΤΡΗΣΜΕΓΑΛΩΝ*, aestimes. Mox versu 32. paulo aliter de Homero dixit:

Πολλὸν ἀπ' εὑρείης λειπόμενος πατρίδος.

Si tamen illud *ὕμνων*, ut Casaubonus fecisse videtur, de hisce Magnarum Eoearum libris interpreteris, paululum minori mutatione posses scribere:

Πόλλ' ἄποθεν πάτρης Μεγάλων ἀνεγράψατο βίβλους
Ὕμνων, ἐξ ἐρατῆς παιδὸς ἀνερχόμενος.

Ex Addendis.]

Pergo ad versum 35, ubi de Mimnermi amore ita canit:

Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς
Ἦχον, καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,

Καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτω †
Κνημωθεὶς κώμους σίχε συνδραμίη.

Malo: *καὶ μαλακοῦ πνεῦμα τὸ πενταμέτρου.* In sequentibus *Καίετο μὲν Ναννοῦς* docte tuetur summus *Hemsterhusius* Observ. Miscell. Vol. VI. pag. 302. adversus *Casaubonum*, qui illud Graece dici non posse ratus coniecerat: 167

Καίετο μὲν Ναννοῦς ὕπο. τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ
Κνημωθεὶς κώμους ἔστιχεν ἀδρανίῃ.

Verum potius hoc modo scripsisse Poëtam censuerim:

Καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκις οὐδῷ
Κνημωθεὶς κώμους στείχε σὺν ἀδρανίῃ.

Homerus, quem noster forsan imitatus erat, pro *πολιὸν οὐδὸν* dixit *γήραος οὐδὸν* Il. Ω. 484.

—— *ὥσπερ ἐγὼν ὁλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.*

Voluit itaque Poëta, Mimnermum, cum iam senior esset factus, saepius ad commessationes ivisse et voluptatibus deditum fuisse. Quam egregie haec in Mimnermum quadrent, senties facile, modo dicti eius memineris apud *Stobaeum* in Florileg. Grot. Tit. LXIII. p. 242.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.

Pergit ulterius vs. 41. Poëta in commemorandis amatoribus:

Λυδῆς δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος 168
Πληγείς, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ.
Λαρδάνην δὲ θανοῦσαν, ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
Καλλίον' ἴξαον, δῆθεν ἀποπρολιπὼν
Ἄκραν ἐς Κολοφῶνα· γόων δ' ἀνεπλήσατο βίβλους
Ἰρὰς ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

Dalecampius versu tertio difficultatem in vocabulo *Λαρδάνην* cernens reddidit: *in Dardania terra arida sepultam* etc., ac si legeretur *Λαρδανίῃ δὲ θανοῦσαν κ. τ. λ.* Verum in Lydia mortuam et sepultam fuisse Ly-

den satis liquet, dum Antimachus Lydes gratia ad Pactolum se contulisse et, ea mortua et sepulta, rursum Colophonem petiisse traditur. Praeterea nisi ad Lyden referas, ferri plane nequit θανοῦσαν ita nude positum. Lyden Sardibus, celeberrima Lydiae urbe, si non oriundam, (quod quis infitias ibit?) saltem ibi cum Antimacho vitam degisse, ex ipsis Poëtae verbis colligo, ubi Antimachum Lydes amore captum Pactoli fluenta petiisse tradit. Pactolus enim ex Tmolo per medium forum Sardium labitur, qua de re Geographi videndi. Iam Lyden ex Lydia ortam disces ex Epigrammate a *Berkelio* ad *Stephanum* v. *Λυδία* edito, quod cum nostro loco omnino conferri meretur:

Λυδὴ καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα· τῶν δ' ἀπὸ Κόδρων
Σεμνοτέρη πασῶν εἰμι δι' Ἀντιμάχου.
169 Τίς γὰρ ἔμ' οὐκ ἤεισε, τίς οὐκ ἀνελέξατο Λυδὴν,
Τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Nullo itaque negotio veram detegere possumus scripturam: Σαρδιανὴν δὲ θανοῦσαν. *Stephanus Byzantinus:* Σάρδις πόλις Λυδίας. Ὁ πολίτης Σαρδιανὸς καὶ Σαρδιανή. In sequentibus iam eodem fundamento (quod nempe Lyde in Lydia, non vero in Dardania sepulta fuerit) nixus, cum nimis a vulgatae vestigiis abeat ὃ πάνυ, pro ΚΑΛΛΙΟΝΙΞΑΟΝ emendo: ΚΑΙΛΑΙΗΝΙΞΕΝ. Lego itaque:

Σαρδιανὴν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
Καὶ Λυδίην ἴξεν δῆθεν ἀποπρολιπὼν
Ἄκραν ἐς Κολοφῶνα κ. τ. λ.

Nonnullis interiectis, vs. 57. sic de Sophocle canit:

Αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολυπρίωνα κοδώνην
Λείπουσ', ἐν τραγικαῖς ἥδε χοροστασίαις.
Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἀγείραιθ' † ἀρειδὸς
. . . . . Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

Priora πολυπρίωνα κοδώνην λείπουσ' non intelligo. Videtur nomen loci alicuius, quem Sophocles reliquerat,

desiderari: quod non difficile erit detegere, modo quis noverit, Sophoclem, natione Atheniensem, e Colono fuisse ortum. Qua de re vide *Meursium* in Reliq. Att. Cap. VI. ubi multa de hoc Colono notavit. Scribo itaque: 170

Αὖθις δ' οἷα μέλισσα πολυπρήωνα Κολωνὸν
Λείπουσ' κ. τ. λ.

Quid in sequentibus sit reponendum, aut quomodo lacuna supplenda, alii, qui vel ab eruditione vel ab ingenio magis parati sunt, videant. Ego, donec meliores libros nanciscamur, ampliandum censeo. Videntur quidem vestigia quaedam superesse nominis Theoridis, quam iam senex amasse fertur Sophocles, ut notavit *Athenaeus* Lib. XIII. p. 592. *A.* Verum, ne nimis coniecturis indulgeamus, de hoc loco nihil adfirmasse satius erit.

Sequentia, in quibus etiam parum lucis adfulget, pleraque aliis relinquam, unicum tantum ex illis locum, quem coniectura non prorsus forsan infelici restitui posse autumo, protulisse contentus. Versu 61. haec de Euripide prostant:

Φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα,
Καὶ πάντων μῖσος κτώμενον ἐκ συνοχῶν
Πάσας ἀμφὶ γυναῖκας ὑπὸ σκολίοιο τυπέντα,
Τόξου νυκτερινὰς οὐκ ἀποθέσθ' ὀδύνας.

Magnus *Casaubonus* pro ἐκ συνοχῶν legendum coniecerat ἐκ δακέων. Verum malim:

Καὶ πάντως μῖσος κτώμενον ἐξ ἀλόχων 171
Πάσας ἀμφὶ γυναῖκας κ. τ. λ.

Euripidem *μισογύνην* dictum, propterea quod mulieres cunctas odio fuerit prosecutus, eiusque rei causam fuisse uxores, quas minus pudicas deprehenderat, memoriae prodidere veteres. Vide *Aulum Gellium* L. XV. Cap. XX. *Suidam* aliosque.

CAPUT IX.

Moschus, Bion et Hesiodus emendantur. Ὦριος.

Prae ceteris *Moschi*, poëtae venustissimi, carminibus lima indigere videtur Idyll. II. vs. 20.

Ὀψὲ δὲ δὴ μάλ' ἔπειτ' ἀνενείκατο παρθένος αὐδήν.

ubi prorsus abundant voculae δὴ μάλ' ἔπειτ'. *Europa* ob visum somnium ingenti perculsa metu erat, quo pertinent praecedentia vs. 16.

Ἡ δ' ἀπὸ μὲν στρωτῶν λεχέων θόρε δειμαίνουσα,
Παλλομένη κραδίην.

Voce itaque timida sequentia pronuncianda erant: qua-
172 propter mutatione non magna pro ἔπειτ' scribo ειην, quando, si syllabas divulsas iungas, habebis corruptam vocem δημαλέην: unde quisque veram facile eruet scripturam:

Ὀψὲ δὲ δειμαλέην ἀνενείκετο παρθένος αὐδήν.

Moschi loco ex *Bione*, qui *Moscho* plerumque adiungi solet, unum et alterum addam. Idyll. itaque I. versu 86. sic scribitur:

Αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Minus certe commodum obtinet locum αὐτάν· quare hoc modo legendum censeo:

Αἰ αἰ τὰν Κυθέρειαν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Αἰ αἰ saepius hoc Idyllio repetitur. Imo totum hunce versiculum sic antea vs. 28. reperies scriptum:

Αἰ αἰ τὰν Κυθέρειαν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Pergo ad Idyllii IV. versum postremum, ubi legitur:

Ἤν δ' αὖτ' ἐς τὸν Ἔρωτα καὶ ἐς Λυκίδαν τι μελίσδω,
Καὶ τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ᾠδά.

Pro χαίροισα substituendum opinor epitheton aptius legendo:

173 Καὶ τόκα μοι χαρίεσσα διὰ στόματος ῥέει ᾠδά.

Idyll. VI. versu 10., ubi Myrson a Cleodamo inter-

rogatus, quamnam ex quatuor anni tempestatibus praeferendam existimaret, respondet:

Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θεήϊα ἔργα βροτοῖσι·
Πάντα γὰρ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἀδέα.

minus, opinor, ad rem facit ἱερὰ et longe praeferendum videtur:

Πάντα γὰρ ὥρια ταῦτα καὶ ἀδέα.

Dixit Myrson, se propterea e quatuor anni tempestatibus nullam eligere velle, quod singulae suo tempore et tempestive venientes voluptatem adferant. Ita, ut alia loca mittam, *Hesiod.* Oper. vs. 492. voce ὥριος usus:

—— *μηδέ σε λήθοι*
Μήτ' ἔαρ γινόμενον πολιὸν, μήθ' ὥριος ὄμβρος.
Πὰρ δ' ἴθι χάλκειον θῶκον καὶ ἐπαλέα λέσχην
Ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον
Ἰσχάνει.

Locum eum in finem copiosius subiunxi, ut maculam, quae versu 494. latet, obiter abstergam. Pro ὁπότε κρύος ἀνέρας εἴργον Ἰσχάνει nullus dubito quin scripserit *Hesiodus* ὁπότε κρύος ἀνέρ' ἀεργὸν Ἰσχάνει. Opponitur ἀνὴρ ἄοκνος, de quo mox *Hesiodus*, et ἀεργὸς ἀνήρ. Quo 174
egregie facit paulo post versus 498.

Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων.

Egregiam autem hanc emendationem debeo iuveni elegantissimo *Ioanni Pierson*, qui inter alias coniecturas et hanc nuper mecum communicavit.

CAPUT X.

Bionis Epithalamium Achillis et Deidamiae multis mendis liberatur. Ζηλοῦν. Φᾶρος. Ἀγαπατός.

Prae ceteris *Bionis* carminibus, quae ad nos pervenere, nullum adeo lacerum atque tot mendis refertum, quam ultimum illud, quod inscribitur *Epithalamium Achillis et Deidamiae.* Huius itaque loca quae-

dam, quae medicina indigere videbantur, hoc Capite sanare conabor. Versu quinto, postquam Lycidas Myrsonem interrogasset, quodnam carmen ab ipso cantari vellet, Myrson respondet:

Σκύριον Λυκίδα ζαλῶν μέλος, ἁδὺν ἔρωτα
Λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν.

175 ubi tum metrum, tum sensus claudicat. Mendam fortassis non male abstergeres scribendo:

Σκύριον, ὦ Λυκίδα, ζαλῶ μέλος ——

Sensus est: *O Lycida, Scyrium carmen desidero.* Ita *ζηλοῦν* apud *Orpheum* reperies Hymn. LXII. 9.

Εἰρήνῃ χαίρουσα, βίον ζηλοῦσα βέβαιον.

Scaliger vertit:

Munia pacis amans, certae cupidissima vitae.

Sequitur vs. 7.

Πῶς παῖς ἔσσατο φᾶρος, ὅπως δὲ ἐγεύσατο μορφάν.

Quid illud *φᾶρος*? Id enim aeque *virile* quam *muliebre vestimentum* dicit, cum tamen, si ita absolute de Achillis vestitu ponatur, non nisi eximie de vestimento muliebri, quo indutus Achilles fuit, intelligi queat; quod nescio, an ullo idoneo veteris auctoris testimonio probari possit. Praeterea illud *ἐγεύσατο* plane ineptum et certissima corruptae scripturae indicia praebet. Totum versiculum sic longe rectius legeres:

Πῶς παῖς ἔσσατο, φάρει ὅπως δ' ἐψεύσατο μορφάν.

176 ubi *φᾶρος* in genere vestimentum dicit, quo Achilles indutus formam mentitus est femineam.

Hunc versum excipiunt duo adeo luxati, ut absque meliorum librorum ope vix boni quid de illis sperare liceat. Quoad tamen potero, non equidem operam meam denegabo. Sunt illi:

Χῶπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀπαλέγοισα
Ἀηδήνη τ' ἀπαστὸν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

Ex profligatissimis hisce ruderibus, ne aliorum coniecturas memorem, optima, quam hactenus eruere valui,

quaeque a vulgatae scripturae vestigiis parum abit, lectio videtur:

Χῶπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἆγ' ἀλέγιζεν
Πηλείδην ἀγαπατὸν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.

ubi aestima, quantilla sit literarum differentia inter *ΑΠΑΛΕΓΟΙΣΑ* et *ΑΓΑΛΕΓΙΖΕΝ*, tum etiam inter *ΑΗΔΗΝΗΤΑΠΑΣΤΟΝ* et *ΠΗΛΕΙΔΗΝΑΓΑΠΑΤΟΝ*, modo addatur in principio syllaba, quae erasa forte erat, *ΠΗ*. Eandem formam Doricam ἀγαπατὸς vide Idyll. *Theocriti* XVIII. vs. 5.

Ἄνικα Τυνδάρεω κατεκλάξατο τὰν ἀγαπατὰν
Μναστήσας Ἑλέναν ὁ νεώτερος Ἀτρέος υἱός.

et alibi. Ceterum post hunc versum nonnulla deesse suspicor ad Myrsonis verba pertinentia, quae, nisi hoc 177
statuas, nimis subito abrumperentur: nihil enim adhuc de nuptiis Achillis et Deidamiae dixerat, quarum tamen mentio necessaria admodum erat, propterea quod praecipuum Idyllii argumentum in eo situm fuerit, ut nuptiae Achillis celebrarentur. Eo enim unice ducit inscriptio, nisi et hanc falsam statuas; quod tamen temerarium et nullo suffultum tibicine admitti non potest.

Sequitur versus 14.

— *οὐδέ τις Ἕλλην*
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἠλιδος, οὔτε Λακώνων
Μεῖνεν ἐὸν κατὰ δῶμα, φέρων δίσσιν ἀνὰν ἄρνα.

Donec meliora proferant alii, malim:

Μεῖνεν ἐὸν κατὰ δῶμα· φέρον δύστανον Ἄρηα.

quod ad Graecos, quos modo enumeraverat quique Troianis bellum intulere, referendum.

Versu 17. non dubito quin veram et genuinam scripturam *Παρθενικὸν κόπον εἶχεν* Poëtae vindicaverit *Scaliger* pro *παρθενικὸν κόρον*.

Vers. 21. scribendum reor:

Θυμὸν δ' ἀνέρος εἶχε καὶ ἀνέρος εἶχεν ἔρωτα.

Pro eo vulgo male *Θυμὸν δ' Ἄρεος ε. ἀνέρος* legendum ex eleganti, quam hic facit Poëta, oppositione manife- 178

sto constat. Vult enim Achillem, femineis licet vestimentis indutus formam puellae referret et lanificio operam daret, nihilominus affectus animumque virilem habuisse.

Versu 22. corrupte etiam legitur:

Ἐξ ἀοῦς δ' ἐπὶ νύκτα μαρίζετο Δηϊδαμείᾳ.

μαρίζετο enim ne Graecum quidem est. Sensus unice postulat, scribamus:

Ἐξ ἀοῦς δ' ἐπὶ νύκτα παρίζετο Δηϊδαμείᾳ.

Emendationem egregie firmat *Statii* locus Achill. vs. 570.

—— *illam sequiturque premitque*
Improbus illam oculis, iterumque iterumque resumit.
Nunc nimius lateri non evitantis adhaeret.

Sequitur paulo post vs. 24.

—— *πολλάκι δ' αὐτᾶς,*
Στόμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε, τὰ δ' ἀδέα δάκρυ' ἐπήνει.

ubi, quod ad priorem partem, lubens pedibus eo in *Scaligeri* sententiam emendantis *Στάμονα καλὸν ἄειρε*. In sequentibus vero eidem viro maximo pro *δάκρυ'* scribenti *καίρε'* nondum obtempero. Sed, quoniam illud
179 *ἀδέα* etiam depravatum videtur, et sensus commodius epitheton efflagitat, malo *τὰ δαίδαλα δ' ἄτρι' ἐπήνει.*

Quid sibi velint in sequentibus vs. 28.

Αὐτὰρ ἐγὼ μοῦνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις.

non intelligo. Nisi me omnia fallunt, Achilles queritur, quod, cum aliae virgines una dormiunt, ipse solus absque comite, aeque atque Deidamia sola, quiesceret. Hinc legendum suspicor:

Αὐτὰρ ἐγὼ μούνα, μούνα σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις.

Simili modo Helenam permovere conatur dearum arbiter Paris apud *Ovidium* Epist. XVI. vs. 315.

Sola iaces viduo tam longa nocte cubili:
In viduo iaceo solus et ipse toro.

Versu 29. cum Graecum non sit vocabulum *ὑπο-*

παρθενικαὶ pro *Αἱ δ' ὑποπαρθενικαὶ* monitus scribo: *αἱ δύο παρθενικαὶ.*

In fine insignis huius Fragmenti corrupta sunt:

—— *ἃ δὲ πονηρὰ*

Νύσσα γὰρ δολία με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.

Scaligeri coniectura *νύσσα γὰρ ἀργαλέα* vel eo nomine minus sese commendat, quod sic alterutrum, vel δὲ vel *γὰρ*, abundet. Praeterea illud *νύσσα* minus aptum huic 180
loco: nox enim erat sola, quae Achillem et Deidamiam seiungeret, non paries aliquis ex ligneis metis compositus, quemadmodum vocem *νύσσα* explicat *Palmerius* Exercit. p. 819. Legendum itaque existimo:

—— *ἃ δὲ πονηρὰ*

Νὺξ ἄγ' ἀργαλέα με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.

Hisce praemissis, totum Idyllium, ut emendandum, subiungere liceat:

ΜΥΡΣΩΝ, ΛΥΚΙΔΑΣ.

Λῇς νύ τί μοι, Λυκίδα, Σικελὸν μέλος ἁδὺ λιγαίνειν
Ἱμερόεν, γλυκύθυμον, ἐρωτικὸν, οἷον ὁ Κύκλωψ
Ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἠϊόνι Γαλατείᾳ;
Λ. Κῆν μοι συρίσδεν, Μύρσων, φίλον. ἀλλὰ τί μέλψω;
Μ. Σκύριον, ὦ Λυκίδα, ξαλῶ μέλος, ἁδὺν ἔρωτα,
Λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν.
Πῶς παῖς ἔσσατο, φάρει ὅπως ἐψεύσατο μορφὰν,
Χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἄγ' ἀλέγιζεν
Πηλείδην ἀγαπατὸν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια.
Λ. Ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ' ὁ βωκόλος· ἆγε δ' ἐς Ἴδαν,
Οἰνώνη κακὸν ἄλγος. ἐχώσατο ἁ Λακεδαίμων·
Πάντα δὲ λαὸν ἄγειρεν Ἀχαϊκόν· οὐδέ τις Ἕλλην,
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἤλιδος, οὔτε Λακώνων
Μεῖνεν ἐὸν κατὰ δῶμα· φέρον δύστανον Ἄρηα.

Λάνθανε δ' ἐν κώραις Λυκομηδίσι μοῦνος Ἀχιλλεύς.
Εἴρια δ' ἀνθ' ὅπλων ἐδιδάσκετο καὶ χερὶ λευκῇ
181 Παρθενικὸν κόπον εἶχεν· ἐφαίνετο δ' ἠΰτε κώρα.
Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο, καὶ τόσον ἄνθος
Χιονέαις πόρφυρε παρειῇς· καὶ τὸ βάδισμα
Παρθενικῆς ἐβάδιζε, κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρῃ.
Θυμὸν δ' ἀνέρος εἶχε, καὶ ἀνέρος εἶχεν ἔρωτα·
Ἐξ ἀοῦς δ' ἐπὶ νύκτα παρίζετο Δηϊδαμείᾳ.
Καὶ ποτὲ μὲν κείνας ἐφίλει χέρα, πολλάκι δ' αὐτᾶς
Στάμονα καλὸν ἄειρε, τὰ δαίδαλα δ' ἄτρι' ἐπῄνει.
Ἤσθιε δ' οὐκ ἄλλᾳ σὺν ὁμάλικι. πάντα δ' ἐποίει
Σπεύδων κοινὸν ἐς ὕπνον· ἔλεξέ νυ καὶ λόγον αὐτῇ·
Ἄλλαι μὲν κνώσσουσι σὺν ἀλλήλαισιν ἀδελφαί.
Αὐτὰρ ἐγὼ μούνα, μούνα σὺ δὲ, νύμφα, καθεύδεις,
Αἳ δύο παρθενικαὶ συνομάλικες, αἳ δύο καλαί.
Ἀλλὰ μόναι κατὰ λέκτρα καθεύδομες· ἃ δὲ πονηρὰ
Νὺξ ἄγ' ἀργαλέα με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.
Οὐ γὰρ ἐγὼ σέο.....

INDEX AUCTORUM,

QUI IN

HISCE ANIMADVERSIONUM

LIBRIS

EMENDANTUR.

(Numeri sunt paginarum editionis Leovardiensis.)

AELIANI *Var. Hist.* pag. 43.
—— *Histor. Anim.* 88.
ACHILLES TATIUS. 72.
AFRANIUS *apud Nonium.* 112.
ALCIPHRON. 92.
ANACREON. 7, 8, 47, 48, 107.
ANTHOLOGIA *Graeca.* 77, 87, 89.
APOLLODORUS. 114, 115.
APOLLONIUS RHODIUS. 89, 149.
APULEII *Metam.* 147.
ARATUS. 64 — 67.
ARISTOPHANES *apud Athenaeum.* 13, 14.
—— *Nub.* 58.
—— *Acharn.* 17.
—— *Vesp.* 18.
—— *Pac.* 23, 60.
—— *Eccles.* 157 — 160.
ASIUS *apud Athenaeum.* 54, 55.
BION. 172 — 181.
CALLIMACHUS *apud Etymologum.* 62.
—— *Epigr.* 21.

CATULLUS. 32—40.
COLUTHUS. 26, 29, 41. *et alibi saepius.*
CONON. 45.
DICAEARCHUS *apud Scholiast. Homeri.* 144.
ENNIUS. 7, 121.
EPHIPPUS *apud Athenaeum.* 153.
EPIGRAMMA *apud Pausaniam.* 87, 150—152.
ERATOSTHENES. 48, 49.
HERMESIANAX COLOPHONIUS *apud Athenaeum.* 161—171.
HESIODI *Theogon.* 2, 3, 50, 94.
—— *Oper.* 173.
HESYCHIUS. 12, 28, 56, 142, 143.
HOMERI *Ilias.* 24, 141—148.
—— *Odyss.* 148, 149.
—— *Hymni.* 95.
HORATIUS. 122.
HYGINUS. 113.
ISIDORUS. 55.
MANETHO. 96.
MOSCHUS. 171.
MUSAEUS. 79, 80, 81—85.
NONNI *Dionys.* 40, 103.
ORPHEI *Argonautica.* 3.
—— *Hymni.* 34, 43, 127—141.
PAUSANIAS. 24, 41.
PLAUTUS. 105.
POLLUX. 13, 73.
PROPERTIUS. 51, 52, 72, 128, 125.
QUINTUS CALABER. 26.
SCHOLIASTA *Aristophanis.* 10, 19, 62.
—— *Apollonii Rhodii.* 89.
—— *Homeri.* 92, 115.
STATII *Theb.* 44.
STEPHANUS BYZANTINUS. 45, 47.
STRABO. 25.
SUIDAS. 19, 59, 115.
THEOCRITUS. 101.
TZETZES *ad Lycophr.* 71.
VALERIUS FLACCUS. 57.
VIRGILIUS *Aen.* 97, 98.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A.

Ἀκαλανθὶς, *canis.* 60.
Ἀκκαρικὸν τεῖχος. 47.
Acra Iapygiae urbs alio nomine Hydrusa dicta. 45, 46.
—— Libyae urbs. 46, 47.
—— diversis urbibus commune nomen. 46, 47.
Ἀδίδακτος cum genitivo. 78.
—— βοήν. 75.
Adiectiva quaedam intellecto substantivo poni solent. 17.
Aesculapius medicus optimus male ἀπαλεξίκακος dictus. 139.
Ἄγλωσσος. 77.
Αἰ diphthongus ante consonantem non facile corripienda. 3.
Ἄλμη. 18.
—— Θασία. 16, 18.
Ἄμπυξ. 8.
Ἀμύητος in amore. 80.
Ἀμύσσειν. 150.
Anacreon μέθης ἐραστής. 47.
—— Bacchum et Venerem coniungere solet. 47.
Ἀνακυκᾶν Θασίαν ἅλμην. 17.
Ἀνίη et ὕπνος coniunguntur. 121.
Ἄντα. 83.
Anthreis Hyacinthi filia. 113.
Antimachus Lydes amore captus Pactoli fluenta petiit. 168.
Ἀπαλεξίκακος. 139.
Ἀπανθρακίδες. 18.
Ἀπείριτος. 54.
Ἄπειρος. *multus.* 53.
—— et ἀπείρατος cum genitivo. 80.
Apollo οἰοπόλος. 31.

Απυστος. 80.
Arae Italis dicuntur saxa, quae inter Africam, Siciliam, Sardiniam et Italiam sub undis latent. 98.
Argiope Thamyridis mater. 115.
'Ασπαίρειν. 93.
"Ατμητος. 155.
"Αθυρμα. 19.
'Ατύζεσθαι. 146.

B.

Litera β Vocibus praefigitur. 70.
—— in medio vocum inseritur. 70.
Bacchari. 106.
Bacchus *βοτρυοχαίτης.* 43.
—— *βοτρυόκοσμος.* 43.
—— crinibus flavis insignitus. 44.
—— *ξανθοκάρηνος.* 44.
—— *μηροῤῥαφής.* 134, 135.
Βλοσυροννύχιος vox non Graeca. 139.
Βόλαὶ ἠελίοιο. 5.
Βολίδες, βολαί. 5.
Βόστρυχοι. 42.
Βότρυς χαίτης. 42.
Βοτρυόεις πλοχμός. 42.
Βράκαλον idem ac *ῥόπαλον.* 70.
—— vocis origo. 70.

C.

Καίειν de vento positum. 57.
—— cum genitivo in amore. 167.
Καλάβροψ, pedum. 69.
Καλαύροψ, idem. 69.
—— vocis origo. 69.
Callimachi testimonium de Phalacra Idae promontorio apud Schol. Homeri MSS. Fragmentis a *Bentleio* collectis additur. 28.
Canis festinans. Proverb. 60.
Canobicum ostium. 45.
Canobus urbs. 45.
Καρικὸν τεῖχος. 47.
Κατατίθεσθαι de infantibus positum, qui cunis imponuntur. 67.

Κελαδεῖν. 23.
Κελαδεινὴ Dianae epitheton. 22.
Κέλαδος. 22.
Κελάδων. 22.
Celadon fluvius Homero memoratus. 24.
Celadus fluvius Pausaniae memoratus. 23.
Κέλω. 23.
Κεραμεῖον et *κεράμειον* differunt. 14.
Κέρως. 43.
Χαῖον, pedum. 70.
Charontis cymba *κοινὴ* dicta. 163.
—— *εὑρεῖα σχεδία.* 163.
Χλοόκαρπος. 132.
Χορός. 87.
Χορεῖον μέλος. 87.
Χροόκαρπος reiicitur tanquam vox parum Graeca in Orphei Hymnis. 132.
Χθὼν εὐρεῖα. 53.
Cicadae aureae. 55.
Κλαδέος vel *Κλαδάος* fluvius. 24.
Κλύζεσθαι. 110.
Κλυδωνίζεσθαι. 110.
Κώδων. 62.
Colonus Sophoclis patria. 170.
Κόλπος γαίης. 53.
—— *θαλάσσης.* 53.
Κορδύλα, pedum. 70.
Corollarum usus in amore. 7.
Κορύνα, pedum. 70.
Κουρίζειν. 63.
Κρήδεμνον, vitta. 6.
—— vocis origo. 8.
Κυκᾶν Θασίαν ἅλμην. 17.
Κῦμα πορφύρεον. 38.
Cunis infantes imponendi mos. 67.
Cupidinis tela acuta in amore celebrantur. 82.

D.

Diana *ἀγροτέρα.* 133.
—— *κελαδεινή.* 22.
Διχθὰς vox nihili. 85.
Dictaeum antrum. 64.

Dictaeum ubi situm. 64.
Dicte non *Dictum*, ut nonnulli putant, Dictaei montis nomen fuit. 66.
Domus ramosa. 86.

E.

Ἔχειν πέδον χθονός. 54.
Echo. 76.
—— eius sonus reciprocus. 77.
—— ἔλλοψ dicta. 77.
Ἐπανθρακίδες. 18.
Ἐπὶ τούτῳ. 90.
Ἔργον cum Genitivo eleganter construi solet. 26.
Ἔρνος cum ἔθνος confusum. 101.
—— cum εἶδος confunditur. 100.
Ἡθὰς χέρσος. 85.
Ἔθνος. 101.
Εὐΐερος. 128.
Εὐώδιν. 62.
Εὔολβος. 131.
Euripides cur *μισογύνης* dictus. 171.
Εὐρυόδεια terrae epitheton. 54.

F.

Feminarum sinum et mammas denudantium mos obiter notatur. 104.
Fistulae pastoralis descriptio. 72, 73.
Fufius non Ilionae sed Hecubae personam egit. 122.

G.

Γαλήνη. 108.
Gargara Idae promontorium. 27.
Γηγενὲς φύσημα. 58.
Genae lapsae. 147.

H.

Hecubam non fuisse Ilionam dictam ostenditur. 122.
Hyacinthi varii. 112—115.
Hyacinthus Thamyridis amasius. 114.
Hyginus Eratosthenem ad verbum saepe interpretatur. 49.

I.

Ida Homero *δικάρηνος.* 27.
—— aliis *τρικάρηνος.* 29.

Ida *εὔκρηνος*. 30.
—— *πολυπίδαξ*. 30.
—— plurimis fontibus irrigata. 30.
Ἰδαίη pro *Ἴδη*. 29.
Ἰδαῖος. 29.
Indocilis. 76.
Ἰουλίδες piscium genus venenatum. 21.
Iupiter in antro Dictaeo cunis impositus. 68.

L.

Λάδων et *κελάδων* in Codicibus confunduntur nonnunquam. 24.
Ladon fluvius Arcadiae celeberrimus. 24.
Λαγώβολον, pedum. 70.
Lectum Idae promontorium. 27.
Λίκνον, cunae. 67.
Λιπαρός. 11.
Λυκαβάς. 70.
Ludicrum idem ac *παίγνιον*. 19.
Lycus Pandionis filius. 152.
Lydes patria. 168.
Lyde *Σαρδιανή*. 169.

M.

Malaci, ὑγροί. 7.
Μαρίζεσθαι vox nullius pretii. 178.
Mars inarmatus. 40, 41.
—— qualis ad Venerem tendere sit solitus. 40, 41.
Μεγαλανηγήτωρ vox spuria. 140.
Μειδιᾷν. 91.
Messene Magnae deorum Matris mysteria à Caucone Phlyi nepote didicit. 151.
Methapus Mercurii templum lustravit. 151.
Μιχθολόεις. 110.
Mimnermus versus pentametri inventor. 167.
—— magni fecit amorem. 167.
Minotaurus *taurus κατ' ἐξοχήν* dictus. 85.
Musaeus Vates et *Χρησμῶν* auctor. 166.
—— Antiopes amore captus. 166.
Μυστιπόλος. 130.

N.

Νέειν. 96.
Nox *ὑπνοδότειρα* dicta. 128.

Νύσσα. 179.
Νύχιος et *μύχιος* permutantur. 140.

O.

O in *α* mutatur Dorice. 69.
Ὠδίνειν in amore. 60.
Οἰοπόλος. 30.
Ὄργια Ἀφροδίτης. 80.
Ὀργιᾶν et *ὀργιάζειν Θεόν.* 166.
Ὦριος. 173.
Ὄροφος, arborum tegmen. 86.
Orphei Hymni invocatione quadam finiuntur vulgo. 137.
Ὡς ad celeritatem indicandam adhiberi solet. 118.
Οὐδὸς πολιός. 167.

P.

Παιὰν et *Παιὼν, medicus.* 5.
Παίγνιον. 19.
Pan Echus socius et maritus. 78.
Pauli locus explicatur. 111.
Pedum pastorale. 71.
—— eius usus et figura. 71.
Pergamum Idae promontorium Tzetzae memoratum. 27.
Phalacra vel Phalacrae Idae promontorium. 27, 28.
Phalacraeae nymphae. 28.
Φᾶρος. 175.
Φιλήνωρ. 112.
Φιτύσαι. 89.
Φυτὸν primam correptam habet. 89.
Πλάκος et *Πλάκιον* nomina montis. 142.
Pleiades ad Taurum pertinent. 46.
Poëtae Deos Deasve pro carminis materia invocare solent. 1.
——, Carmina regibus et imperatoribus inscribebant aliquando. 1.
—— a Diis Carmina auspicabantur. 2.
Πορφύρειν de undis dicitur. 88.
Ποῦς κνήμης. 155.
Πρήθω de vento positum. 57.
Πρημαίνω. 57.
Πρηστήρ. 56.
—— serpentis nomen. 56.

Πυκνὰ adverbialiter positum. 17.
Pulchritudo feminis propria. 107.

R.

Reges divino olim honore adfecti. 50, 51.

S.

Σαρδιανός. 169.
Simon Philosophus. 154.
Σιμὸς et *αἰσχρὸς* iunguntur apud Aristophanem. 160.
Sola loca quaenam. 31.
Somnus *λυσιμελής.* 121.
—— *λυσιμέριμνος.* 121.
—— quando subito excutitur. 124.
Sophoclis patria. 169.
Strabo, Arati corrupta scriptura deceptus, immerito illum erroris incusat. 64.
Substantivum a verbo vicino derivandum. 120.

T.

Θασία pro *Θασία ἅλμη.* 16, 18.
Θήβη Ὑποπλακίη memorata Homero. 144.
—— ubi sita. 144.
Tempe. 32.
Templa pro quibusvis domiciliis. 32.
Theseus. 34.
—— quibus armis usus fuerit. 35.
Θεσμὰ, foedera. 103.
Θεσμὸς et *δεσμὸς* confunduntur. 103.
Τὸ τί Aristophani in interrogationibus usitatum. 159.
Θοοῦσθαι. 164.
Transpositione verborum loca nonnulla sanantur. 44—52.
Tristitia adfecti alto saepe somno opprimuntur. 121.
Tzetzis error, ubi de Idae promontoriis. 27.

V.

Varro Apollonii Rhodii verba expressit. 66.
Ὕδωρ βαθύῤῥοος. 128.
Ventus ardens. 57.
Venus *φιλομμειδής.* 93.
—— *Κυπρογένεια.* 44.
—— eius natales. 109.
Viere. 6.

Vinum Thasium. 12, 13.
—— Aristophanis tempore in magno pretio habitum. 12, etc.
—— magni fecisse Athenienses ostenditur. 12, 13.
Virosus. 112.
Vites Thasiae. 12.
Vittae crinalis usus. 6.
—— origo vocis. 6.
Undae purpureae. 38.
Ὑπάρχει μοι τοῦτο ποιεῖν. 159.
Ὑπεμνήμυκε, quod in Homero legitur; scribis imputandum. 146.
Ὑπημύειν. 147.
Ὑπόπλακος. 142.
Ὑπόξυλος. 155.
Ὑψαύχην. 128.

X.

Ξυνιέναι. 81.

Z.

Ζηλοῦν. 175.
Zephyrus Apollinis aemulus ἀήτης dictus. 117.

AD LECTOREM.

Placuit hic, Benevole Lector, Collationem Codicis MSS. Hermanni Samuelis Reimari, cuius memini in Praefatione, totam praemittere, unde de bonitate eius quisque facile iudicium ferat.

Coluthus edente Stephano Ubelo Franequerae apud Aegid. Radaeum cum MSS. collatus.

	Editus.	MSS.
Tit.	Κόλούθου etc.	Κολλούθου ποιητοῦ ἁρπαγὴ ἑλένης.
v. 5.	ἐπαντέλλεσθε	ἐπ' ἀντέλεσθε.
v. 8.	τί δὲ χρέος	τί δ' ἂν χρέος
v. 9.	ὀρίνῃ	η ὀρίνει.
v. 10.	βουκόλος,	del. comma.
v. 15.	καὶ Πάριν--θοωκοῖς	καὶ πάλιν-θοώκοις:
v. 19.	Ζῆνος	ζηνὸς.
v. 21.	Ἀμφιτρίτης	ν ἀμφιτρίτης.
v. 25.	μεθωμάρτησε	μεθ' ὡμάρτησε.
v. 30.	τρυφάλειαν	τριφάλειαν.
v. 32.	Λητῶας	λητωάς.
v. 34.	Κυνέην-ἔγχος	κυανέην-εὔχος.
v. 40.	χαίτην	χαίτης.
v. 42.	ἁλᾶται	ἀλᾶται.
v. 45.	ὀρίνοι	οι ὀρινει.
v. 42.	ἐφέζετο	ἐφέσετο.
	post v. 51. οὐρανὸν repetitus est v. 49. ἤθελε δ' ἠχήεντα etc.	
v. 57.	δειμαίνοντες	α δειμαίνοντες.

	Editus.	MSS.
v. 60.	μήλων, ἀριζ-	μήλων ἀριζήλων.
v. 61.	σκότου	μόθου.
v. 68.	ἐφεδρήσοντα	ἐφεδρήσσοντα.
v. 73.	κέκλεο	κέλεω.
v. 74.	διακρινθεῖσα.	διακριθεῖσα.
v. 84.	ἀγὼν	ἄγων.
v. 97.	ἐφεσπομένη	ἐφεπομένη.
v. 99.	φοιτητῆρες	φοιτῆρες.
v. 102.	ποιμαίνων	ποιμαίνων δ'.
v. 105.	καί τι	καί τις
		μ
v. 106.	ἐκκρεμὲς	ἐκκριβὲς.
v. 107.	ποιμενίη	ποιμαινίη.
		ς
v. 114.	μυκήσαντο ταῦροι	μυκήσαντο ταῦροι
v. 115.	μούνη	μουνην.
v. 119.	ὑπένερθε	ὕπερθε.
		ει
v. 120.	εἶδε	ἦδε.
v. 121.	θεῶν δ'	θεῶν.
v. 125.	τάρβον	τάρβος.
v. 132.	ἐφράσσατο	ἐφράσατο.
v. 138.	ἐπαινέσειας	ἐπαινήσειας.
v. 139.	κοιρανέειν	κοιρανέην.
v. 141.	ἐπιβρίσειεν	ἐπίβριεν.
v. 147.	ἀθερίζε-πολέων	ἀθέριζε-πολέμων.
v. 148.	ἀπτολέμοισι	ἀπολέμοισι.
v. 149.	ἀεὶ	ἀιεὶ.
v. 152.	γυμνάσασα	γυμνώσασα.
v. 154.	δεσμὸν	θεσμὸν.
v. 157.	δέξεο	δέξομαι.
	πτολέμων ἐπιλήθεο	πολέμων ἐπελήθετο
v. 162.	λέκτρων	λέκτρον.
v. 163.	ἀθρήσειε	ἀθρήσεισε.
v. 165.	Ἀφρογενείῃ	ἀφρογενίη.
v. 166.	φοιταλέην	φοιταλιὴν.
v. 174.	Ω σακέων	οὐ σακέων.
v. 177.	κυδιάει	κυδιάεις.
v. 182.	φεύγεις	φεύγοις.
v. 190.	οἶδε	εἶδε.
v. 196.	τεκτήνατο	τεκτείνατο.
v. 199.	ἱλασκόμενος θυέεσσιν	ἱλασσόμενος θυέσσιν.

	Editus.	MSS.
v. 203.	ὀρφναίῳ	ὀρφναίων.
v. 204.	μυχθαλόεντος ἐπ' ἀέρος	μιχθαλόεντος ἐπήερος.
v. 206.	τόφρα καὶ	τόφρα δὲ.
v. 208.	θρηϊκίοιο μετάρσια	θρηΐκιον μεταρρία.
v. 211.	ἀκοίτην	ἀμοίτην.
v. 214.	χθόνος Αἰμον-	χθονὸς ἀιμον- sequitur in MS. versus: ἐξαπίνης ἀνέτελλεν, ἀχαϊδος ἄνθεα γαίης.
v. 216.	βωτιάνειρα.	βοτιάνειρα.
v. 217.	ἐιαμένας	ἐιαμενὰς.
v. 220. et 221.	ὑπὸ δάσκιον	inverso ordine positi, ὑποδάσκιον.
v. 223.	Δηρὸν - ἐρεσμῶν	δηρὼν - ἔριτμῶν.
v. 224.	ἐν κόλποισιν	ἐυκόλποισιν.
v. 226.	αὐτὰρ ὁ	αὐτὰρ ὃ.
v. 227.	ἰχνεσσιν - ἐρείδας	ἴχνεσιν - ἐρεισας.
v. 228.	ὑποχραίνοιντο	ὑπ' ἀχράντοιο.
v. 229.	ἐπιβρύσαντες	ἐπιβρίσαντες.
v. 230.	ἐπαντιτέλοιεν ἀήταις	ἐπαντέλλοιεν ἀῆται.
v. 232.	νηοὺς	νηοῖς.
v. 235.	παραγνάμψας	παραγνάψας.
v. 237.	ἠγάσσατο, μὴ	ἠγάσσατο δὴ. ϊ
v. 239.	Ζηλήμονα	ζηλήμονα.
v. 240.	χαρισσαμένη	χαρισαμένη.
v. 241.	ἀνηυέξησε	ἀνηέξησε.
v. 243.	Ἀτρείδαο	ἀτείδαο.
v. 245.	θυώνη	θοώνη.
v. 246.	Ιλήκοις	ἡλίκοις.
v. 247.	κἀκεῖνος	καὶ κεῖνος.
v. 252.	ἐφεδρήσσειν	ἐφεδρήσειν. o
v. 255.	ὀπιπτεύειν - ἂν ἔγνω	πιπτεύειν - ἀνέγνω.
v. 256.	εἶχε	εἶδε. o
v. 258.	τὸν ἱμερίδων	τῶν ἡμερίδων.
v. 260.	καὶ πάτρην	καὶ ἡμῖν.
v. 263.	ἠμαθόεσσαν	ἠμαθόδεσσαν.
v. 267.	τελαμῶνας	τελαμῶνος.

	Editus.	MSS.
v. 270.	μειλιχίην-γῆρυν	μειλιχείην-δῆρυν.
v. 271.	τέρμασι	πείρασι.
v. 274.	ἔλλυες εὐωδῖνος	ἔκλεες ἐυώδινον.
v. 278.	οὐλύμποιο	ὀλύμποιο.
v. 279.	θητεύουσι	θηλεύουσι.
v. 283.	ἀκηχεμένῃσιν	ἀμηχημένῃσιν.
v. 286.	ἱμερόεσσαν ἐμοὶ-πασσαι	ἡμερόεσσαν. ἐμοὶ-ὀπάσσας.
		ω
v. 289.	κεράσωμεν	κεράσομεν.
v. 294.	ἀεξόμεναι	ἀεζόμεναι.
v. 298.	τόσην	τόσσην.
v. 300.	τὰ πρὶν	τὸ πρὶν.
v. 302.	νόμον.	νομὸν.
		πυ
v. 303.	προβολῇσι	προμηλῆσι.
v. 304.	ἐφέσπετο	ἐφέπετο.
v. 305.	ἄγρεο νῦν	ἀγρεονῆν.
v. 307.	ὅτ' ἐν Τροίῃ	ὅτε Τροίη.
v. 311.	ἀρχομένην	ἀρχομένη.
v. 312.	τὴν μὲν,	τῇ μὲν.
v. 318.	ἐς	εἰς.
v. 320.	ἐριγενείης	ἠριγενείης.
v. 321.	ἔκτοσθε	ἔκτοτε.
v. 322.	βοάουσα	βοῶσα.
v. 327.	προθύροισιν	προθύρῃσιν.
v. 303.	παλίνορσος	παλίνορσον.
v. 338.	εὐρώταο	ὑπὲρ εὐρώταο.
v. 340.	εἶδεν bis	οἶδεν bis.
v. 342.	et 343.	ordine inverso positi.
v. 345.	θῆρές σε	θῆρές τε.
v. 347.	Ηριπες-χθαμαλῆς	ἤριπες δ'-χθαμαλοῆς.
v. 351.	νεμεσίζομεν	νεμεσίζομαι.
v. 357.	ὕπνωσ'	ὕπνος.
v. 363.	μητέρα	μητέραν.
v. 371.	μαλὼν	μολῶν.
v. 372.	τιθήνης	τιθήνην.
v. 373.	πολὺ	πολλῆ.
v. 377.	ἑῶν	ἐμῶν.
v. 384.	πολέων	πυλέων.

MSS. τέλος τῆς τοῦ ἑλένης ἁρπαγῆς.

CHRISTIANI FRIDERICI GRAEFII

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

TRYPHIODORUM.

[Prodierunt Petropoli 1817.]

Ex quo de emendando Nonno meo cogitare coepi, partem studii huius critici iure sibi suo vindicarunt ii poëtarum Graecorum, qui Nonnum imitari impari quisque successu conati sunt. Pertinent ad hanc familiam Coluthus quoque et Tryphiodorus: quorum ille ut iniquiorem sortem in Codd. nostris expertus est, ita eam maiori sua sterilitate et infeliciori imitatione meruisse etiam videtur. Etsi enim post apparatum Lennepianum, collato in edit. Bekkeri Cod. Mutinensi et comparatis passim Nonni locis, egregia ad Coluthum emendandum subsidia accesserunt; tamen non pauca loca ita remanserunt mutila, ut vix coniunctis multorum studiis videantur persanari posse. Et imitationem illam Nonni quod attinet, cavendum est, ne Coluthum Nonno propiorem existimemus, quam re vera est, in primis in rebus metricis. Ita, si exemplis opus est, versus spondaicos, quos in Nonno frustra quaeras, et Coluthus et Tryphiodorus crebro admiserunt. Neque verum est de Colutho, *poëtas, Nonnum imitatos, non continuare spondeos*, quod, a Wernikio satis ambigue dictum, nimis facile credidit Bekkerus ad v. 14. cum vel v. 13. praecedens et mox plures vv. 21. 32. 59. 61. 83. 127. 137. 146. 205. 236. 241. 370. 389. duos continuos spondeos sine omni lectionis ambiguitate exhibeant, ut de versibus spondaicis iam nihil dicam. Idem valet de Tryphiodoro, qui duos spondeos saepissime coniunxit, ut, si recte numeravi, vv. 30. 57. 60. 70. 72. (f. emendand.) 86. 104. 126. 128. 129. 139. 147. 179. 185. 235. 239. 250. (f. emend.) 266. 295. 302. (e coniect.)

305. 309. 313. 323. 342. 352. 356. 367. 369. 388. 406. 410. 422. 435. 452. 468. 493. 500. 506. 520. 524. 526. 571. 574. 581. 590. 595. 610. 647. 651. imo v. 461. quatuor adeo continuare non dubitavit.

Cum itaque satis multa in Colutho aut emendanda aut rectius distinguenda restarent, perquam opportune accidit, ut nostrae disciplinae alumnus, V. Cl. DEMETRIUS POPOFF, AA. M. cum materiem scribendi pro obtinenda dignitate Adiuncti circumspiceret, felici sorte in Coluthum nostrum incideret. Cuius publicam disputationem de selectis Adnotationum locis cum ex auctoritate Instituti nostri programmate indicere more in aliis Academiis recepto me iussisset, qui in his literis regnum tenet, SERGIUS UWAROFF, *Curator Sapientissimus*, equidem non alienum me facturum esse putavi, si, quae ad Tryphiodorum ipse adnotassem, hac occasione publici iuris facerem, proxime suppleturus, si quid in Colutho Popoffii mei diligentiam effugisset.

Et in Tryphiodoro quidem erat, cum una illa miserrima Neandri editione utens, in detegendis ibi lacunis et sanandis foedissimis erroribus non secus mihi placerem, ac si in antiquo quodam nondum edito codice primus incertam crisin tentare coepissem. Neque me poenituit studii huius, cum hoc demum anno elegantissimam Schaeferi a Tauchnitio exornatam editionem nactus, viderem, mihi in coniecturis meis plerumque satis felici esse, forte fortuna contigisse. Et suadeam sane adolescentibus, qui incertas in arte critica vires sine magistro tentare aut cupiant aut cogantur, ut, ubi Codd. MSS. et anecdota desint, in emendandis corruptissimis quibuscunque editionibus se exerceant, mox e correctiori libro incorruptum de conatibus suis iudicium petituri. Et licet sic novitatis et inventionis publica gloriola in plurimis frustrentur, pauca tamen facile sibi superesse videbunt, reliquis non imparia, sed

propria atque nova, eo illa certiora, quo plura de suis iam ab aliis aut libris aut VV. DD. praeoccupata dolebant. Sic vel post Schaeferi acumen, cui Merrickii et Northmori editionibus, a me non usurpatis, uti licuit, non nullae non omni probabilitate destitutae coniecturae remanserunt mihi, qui alias fortasse non pauciores Wernikio, futuro, ut aiunt, Tryphiodori editori, inveniendas relicturus sum.

V. 14. Unice verum puto vulgatum *ἀεργηλῆς ἐπὶ φάτνης*, cum ionici dativi in *ῃς* ab his poëtis non magis videantur admitti, quam a Nonno, probatis tantum formis in *αις* et in *ῃσιν*; Homericum autem *ἀεργηλῇ ἐπὶ φάτνῃ* propter incerta et pauca apud Tryphiodorum similis productionis exempla (vv. 231. 296. 302. 499. 564. 671. de monosyllabis vid. ad v. 132.) eo magis dubium sit, quo longius ab usu Nonni abhorreat. V. seq. emendabam *οἰκτρὰ κάτω νεύοντες*, ut *κάτω νεύοντι καρήνῳ* saepius ap. Nonnum inveneram, vid. ad Hymn. et Nic. v. 33. p. 29. Verbum *κατημύειν*, ab his poëtis ita ut Apollon. II. 862. adhiberi, non meminerim. V. 26. cum ap. Neandr. esset *ἐς Τροίην πέμψεν μὲν ἀγαλ.* in mentem venit *μέγ' ἀγαλλομένη Δ. ε.* quod tum fortasse praeferendum, si positio particulae *μὲν* in omnibus libris eadem est. V. 28. qui e meliori Cod. accessit, Graeci sermonis elegantia et facilitas sententiae postulare videtur *αἵματι δακρύσασκε χυθεὶς πατρώϊος ἀήρ.* Formas istas in *ασκον* saepe cum participio confusas esse, ad Coluthum docebo. V. 34. suspicabar *κοπτόμεναι περίκυκλον ἀθηλέος ὄμφακα μαζοῦ*; ut fere Non. XLVIII. 365. 368. V. 36. offendit *πολυξείνοιο χορὸν πολέμοιο μολοῦσα*, etsi sciam, et *χορὸν πολέμου* decere poëtas, quibus, ut Nonno, Mars cum diis omnibus ubique *χορεύει*, et praepositionem post veniendi verba saepissime omitti. Sed *μολεῖν χορόν* nullus horum poëtarum dixisset, et potuisset Tr.

ἦτ' ἐπ' ἐϋξείνοιο χορὸν πολέμοιο μολοῦσα,

sed scribendum *χάριν πολέμοιο μολοῦσα*. V. 43. *ὕπ' ὀκνήσασά* cum Schaefero non praeferrem. Malunt enim hi Nonni sectatores praepositiones cum verbis et vocabulis, vel novo exemplo, coniungere, quam eas casibus postponere, aut alio modo separatim addere. Unde mox v. 46. *ἐπίξενος* et v. 179. *ἐνικτερέϊξαν* quoque retinendum. Rarissima sunt exempla *κὰδ δέ οἱ*, v. 228. *ἀπὸ μὲν μεγάρων*, v. 676. *ἐπὶ φλόγα θωρήξαντες* v. 680. V. 65. *στήθεσφιν* mutandum in *στήθεσσιν*; nam illa terminatio non est huius sectae. V. 72. Neandri *γλαυκῷ φοινίσσοντο λίθων ἑλίκεσσιν ὀπωπαί* non in *γλαυκῶν φ.* mutari debebat, sed in:

γλαυκαὶ ἐφοινίσσοντο λίθων ἑλίκεσσιν ὀπωπαί,

Sic demum quaesitae argutiae insunt. V. 77. corrigebam Neandri *ἔπνεεν αὖτμη* non, ut edi video, *ἔπνε' ἀϋτμή*, quia apostrophum delicatos hos poëtas fastidire noveram, (unum non facile tollendum exemplum est v. 301. vid. ad v. 265.) nec *ἔπνει ἀϋτμή*, quod alio modo offendit; sed *ἔπνεεν αὔρη*, quod verum esse videtur V. 93. Malim *ἔμπεδος*. V. 98. corruptum *κλήσας* ap. Neandr. emendabam *κοσμήσας*, neque aliter cum *κολλήσας* fecissem, si hoc habuisset. Quis enim dicat hoc *κολλᾷν*, quod *κοσμεῖν* unice est. Sed haerebam in *ἀργυροδίνεϊ χαλκῷ*; nam intelligo *ποταμὸν ἀργυροδίνην* vel *ἀργυροδίνεα* cf. ll. *β*. 753. *φ*. 8. et fortasse *χρυσεοδίνην*; sed *χαλκὸν* non intelligo. Quaerendum etiam de accentu. Sic infra v. 231. editur, rectius puto, *ἐριδινέα*. Facillimum *ἀργυροειδέϊ*; etsi praeterea *ἀργυρολαμπέϊ*, *ἀργυροφεγγέϊ*, alia, de aere, cui argentum superinductum, dicere poterat.

V. 107. Lex oppositionis necessario postulat *δόλον δ' ἀνάπυστον ἐνίψη*, non *ἀνάψη*, quod hic ne Graecum quidem. V. 113. acquiescendum fortasse in *μελίχροϊ νέκταρι* de nectare *mellito, dulci*. Videtur tamen sermo poëticus epitheton postulare, ad *φωνήν* referendum, unde *μελίθροα — φωνήν* suspicabar. Nam cum

χροῦς, νοῦς, χοῦς, tertiae etiam declinationis sint uti βοῦς, et comparari possint χνοῦς, θροῦς, πλοῦς et fort. πνοῦς, recte ab omnibus adiectiva quoque tertiae declinationis, uti ipsum illud μελίχρους, videntur derivari posse. V. 115. Constanter scribendum εἰ στήκει, ut supra erat. V. 128. legendum ἡμῖν δ' ἐλπωραὶ προφερέστεραι: particula enim adversativa omnino necessaria est, et de *spe*, non de *solatio* sermo esse debet. V. seq. Neandri ἀρχέοιο δράκοντος ambigebam aliquando, utrum in ἀρχαίοιο, an in ἀρχεκάκοιο, dactylo fortasse seductus, mutarem. Paradisi tamen serpens rectius ita diceretur. V. 132. si editur et iungitur:

εἰ δὲ θεοπροπίῃσι γέρων ἀνεβάλλετο Κάλχας,
ἀλλὰ καὶ ὣς Ἑλένοιο μετήλυδος ὀμφητῆρος
μαντοσύναι καλέουσιν ἑτοιματάτην ἐπὶ νίκην.

videtur post Κάλχας versus excidisse. Deest enim id, quod ille vaticinatus sit, et, ut verba nunc iunguntur, videtur oppositio esse inter Calchantis et Heleni vaticinia, quasi Calchas victoriam negasset. Sed Calchantis mentio probabiliter ad antecedentia pertinet, et scribendum est:

εἰ μή που στρουθοῖο — — ἁπαλῶν τ' ἐλάθεσθε νεοσσῶν,
ἦ δ' ἃ θεοπροπίῃσι γέρων ἀνεβάλλετο Κάλχας.

vel ἦ δ' ὃ θ. adeoque ἢ ἃ θ. Nam in eiusmodi monosyllabis productionem in arsi ante vocalem admittunt hi poëtae, ut ipse Nonnus in ἢ, ᾗ, τῇ, ᾧ, τῷ, εἰ αὖ, εὖ, et Ζεῦ, nunquam tamen in καὶ, quia hic elisio cogitari potest. Sic noster εὖ εἰδώς v. 173. cf. ad v. 14. Et sic etiam hiatus est ap. Nonnum in uno πρὸ ἄστεος, ut ap. nostr. v. 356. eatenus sic recte edebatur. Vitiosa sunt δὲ ἔπειτα v. 184. δῶρα ἄνακτι v. 408. et τὰ ἕκαστα v. 665. V. s. ἀλλὰ καὶ ὣς Ἑλ. iam bene cohaeret. *Si f. Calchantis obliti estis; at sic et Helenus victoriam praedixit.* Dictum itaque illud pro vulgato ἀλλ' ὣς καὶ Ἑλ. quod propter metrum Tryphiodoro non magis pla-

cuit, quam placuisset Nonno. V. 140. Sanum πῦρ ἴδιον, et argute dictum: *Suum ipsi ignem subiecerunt*, quem *ipsi*, non hostes, incenderunt. Male ὀλοόν aliquando tentabam; δήϊον propter correptionem Tr. dicere non potuit. V. 162. Cum ap. Neand. esset ἔστηκεν *Mεν.* et v. s. δίζετο, corrigebam ἔσπευδεν *Mεν.* — ἀπηνέϊ δ' ἵκετο θυμῷ. Et εἰστήκει, etsi accipi potest de *adstante* et *impatienter exspectante*, nimis tamen propter seq. ἄγεν δ. μ. ὁρμή languere videtur; ἕζετο autem plane non congruit. Sed vereor, ne Schaeferiano ἕζεε palma sit deferenda. Et priori loco etiam ἕσπετο καὶ *Mεν.* ut v. 159. aut ἔστειχεν *Mεν.* tentari poterat. Defectus copulae bene Menelai mentionem a reliquis videtur distinguere. V. 174. F. καθιππεύσουσιν. V. 184. non tantum propter intolerabilem hiatum (cf. ad v. 132.) δὲ ἔπειτα offendit, sed sententia etiam, alieno loco posita. Nam hoc ante ingressos heroes sic quidem dicendum erat, non nunc demum. Hiatus multis motis evitari poterat ut δ' ἐς ἔπειτα, δ' ἄρ' ἔπ., μετέπειτα; illud f. non tollendum, nisi legimus: εὐξάμενοι μὲν (vel δὴ) πρῶτα etc. V. 178. Scrip. Ὀρτυγίδης τ' Ἀντικλος; antiqua spiritus lenis forma extrusit lit. τ. Part. δέ postularet verbum. In vv. 191 — 197. sententiae ap. Neandr. Steph. et Schaefer. hiant. Ibi aut duo verba finita μένουσιν et ἐκδέχαται aut καταθρώσκουσιν et ἐκδέχαται sine particula iunguntur, absente v. 196. hic καταθρώσκουσιν et μένουσιν. Iam pro σιγῇ φρικ. legi f. posset.

σῖγα δὲ φρικαλέῃσιν ἐπὶ πλευρῇσι μένουσιν,

eiusmodi correptione ante mut. et liq. eo facilius ferenda, cum similes habeat Nonnus, et ipse Tryphiodorus deteriores in ἀλλότριος, et ἀλλόθροος, ut ἀλλοπρόσαλλος omittam. Sed displicet sententia in unum versum contracta, quod non est verbositatis horum hominum. Superest adhuc duplex via: cum apud Neandr. sit καταθρώσκοντες, offert sese καταθρώσκοντε κυβιστη-

τῆρι κυδοιμῷ, modo dualem hi poëtae in omnibus frequentent. Cf. tamen v. 203. s. Et cum ap. Steph. legatur μένοντες, sic quoque sententiae coëunt, nimis tamen hoc participium idque hoc loco positum ingratum est vel in poëta, quem participiorum abusu insanire scias. Sed f. ante v. 195. adhuc deest versus cum copula, uti deerat post illum, et sanum sic est μένουσιν. Caeterum v. 193. ὀρειτρεφέος ex Nonni consuetudine praeferrem, si libris nostris fides est habenda. Similiter v. 223. V. 203. scribendum ὀφθαλμῶ σκοπέοντες; subtilius esset σκοπέοντος, ut genit. interdum cum dat. οἷ iungitur. V. 216. ἀπὸ Ῥοιτειάδος ἀκτῆς sana est productio. Sic enim ipse Nonnus vocalem brevem finalem ante ρ saepius produxit, et secuti sunt, noster rursus v. 266. Coluth. v. 212. Mus. 310. etc. At vitiosum est ἐπὶ πεδίοιο, v. 307. Sed quaeritur de adiect. Ῥοιτειάς. Veteres Ῥοίτειον et Ῥοίτιον dicunt, vid. Cellar. Geogr. ant. T. II. p. 44. Inde adiectiva fiunt vulgaris dialecti Ῥοίτειος et Ῥοίτιος, Ῥοιτειάς et Ῥοιτιάς. Priori formae respondet Lat. *Rhoeteus*. Iam formae Ionicae oriuntur Ῥοιτέϊος et Ῥοιτεϊάς, Ῥοιτήϊος *Rhoeteius* et Ῥοιτηϊάς et Ῥοιτηΐς. Sic itaque Ionicum ἀπὸ Ῥοιτηΐδος ἀκτῆς et hic et ap. Apollon. I. 929. scribendum videtur, ut ἐπὶ Ῥοιτηΐσιν ἀκταῖς dixit Antip. Sid. ep. 65. II. 23. Sed ap. Steph. Byz. emendem καὶ Ῥοιτειάς, καὶ Ῥοιτιάς, διὰ τοῦ ι, pro Ῥοιτίς. V. 221. emendabam κρύπτων ἐν Τρώεσσι δόλον, καὶ πήματα κεύθων, et praefero fere. V. 231. καπνὸν ἐρευγομένη ἐριδινέα productio admodum suspecta, sed facillime sananda. Compositum ἐριδινής non immerito per se suspectum fuit Schneidero, in Lex. et ultro sese offert περιδινέα (ut ep. ἀδεσπ. 128.), cuius Π. a praecedente simili H. facile absorberi potuit. V. 248. mira est κακοφωνία in ter repetito ντες:

θαύμασαν ἀμφιχυθέντες, ἅτ' ἠχήεντες, ἰδόντες —

quae facile evitari potuisset, veluti: ἅτ' ἄσχετα κεκλήγοντες cf. v. 366. Sed v. s. minime erat, cur περικράζουσι mutaretur. Nam graculis, quos κραγέτας vocavit Pind. Nem. III. 43. κράξειν magis convenit, quam κλάξειν. V. 250. Cum in Neandro esset τοῖσί τε τρηχεῖα et in id, quod vulgatum video, incidi, et in id, quod iam praefero: τοῖσι δὲ τετρηχυῖα. Cf. Heyn. Obss. ad Il. II. 95. et VII. 346. Ubi, si multi Grammaticorum τετρήχει a ταράσσω derivabant, id non tam absurdum est, quam putabat Heynius l. priori. Uti enim aperte κέκληκα ortum est e κεκάληκα, et occurrunt sic κέκμηκα, τέτληκα, τέθνηκα, alia, cogitari etiam potest, accedente Ionismo, ut πρήσσω, πρήξω, e τετάραχα s. τετάρηχα fieri potuisse τέτρηχα. In oratione Sinonis v. 265.

Ἄνδρα μὲν Ἀργείοισιν ὁμόπλοον, εἴ μ' ἐλεαίρεις,
Τρώων δὲ ῥυτῆρα καὶ ἄστεος, εἴ με σαώσεις,

aperte verbum deest. Schaeferi ἤ με σαώσεις, non satisfacit; et vereor, ut ἤ, quod initio sententiae poni solet, ita recte verbis interponi et postponi omnino possit. Proximum esset: Ἄνδρα μέν', Ἀργείοισιν ὁμόπλοον etc. et fortasse verum; dubitationem tamen facit apostrophus, quem hi poëtae in paucissimis tantum et vulgatissimis admiserunt. Sanum tamen videtur ἕλκετ' ἐς v. 301. sed suspecta sunt ἔπνε' v. 77. ὑλάουσ' v. 421. et ᾐδεῖθ' v. 638. Usitata est elisio in praepositt. particulis, pronominibus (vv. 104. 265. 273. 300. 337. 356. 362.) in aliquibus adverbiis, et aliis eiusmodi minutis voculis, ut μάλ' v. 79. ἔτ' v. 284. ἅτ' v. 248. οἵ' ἐπί v. 429. Praeterea particula μέν fere necessaria est. Sic praeferendum videtur: Ἄνδρα μὲν Ἀργείοις ἴδ' ὁμόπλοον, ubi de apostropho certe non dubitandum: *exspecta v. vide in me unum ex classe Argivorum, si mei te miseret: sed vide simul Troianorum et urbis tuae servatorem, si me conservaturus es.* De productione in δέ ante ῥυτῆρα dictum supra ad v. 216. Fieri tamen potuit, ut hic scriberet δ' αὖ ῥ. ut αὖ suppleud. v. 294.

et δ' αὖ reponend. in Colutho v. 8. — V. 271. propter antecedens ὣς μὲν legend. ὣς δὲ Φιλ. V. 296. rursus molesta productio αὐτοῦ ἐνὶ χώρῃ. Poterat αὖ τῇδ' ἐνὶ χ. vel, quod malim, αὖτως ἐνὶ χ. Certior est emendatio v. 302. Ἀθηναίη ῥυσίπτολις, cf. v. 612. et Heyn. Obss. ad Il. VI. 305. V. praeced. 301. offendit ἐς ἀκρόπολιν μεγάλην χρ. ἵππον. Apte ἵππος diceretur μεγάλη, cf. 384. sed mox sequitur mascul. v. 308. et saepius; minus apte ἀκρόπολις, et illud λιν et λην vitii suspicionem auget. Scribendum videtur ἐς ἀκροπόληα μέγαν χρ. cf. 566. nisi hoc adiectivo lacunam infucarunt. V. 307. emendabam ὑπὲρ πεδίοιο. V. 311. πολλοί et mihi omnino necessarium videbatur, ut v. 319. σιδήρειοι δὲ καὶ αὐτοί. V. 322. λιγνύν ultimam producere invitus credo; credo tamen. Caeterum si σειρή sanum, sensus est: *quoties intendebatur catena*, cf. v. 300. *fumus propullulabat ardens a cylindris.* Ap. Apollon. I. 389. et 542. κήκιε scribend. V. 324. haereo in νυμφαίαις δρυσί, quae, ut explicari possunt, ita unico tamen exemplo dici videntur. Nondum poenitet coniecturae: ἔβρεμεν ὀμφαίῃσιν ἅμα δρυσί δ' Ἰ. vel ἔβρεμε δ' ὀμφ. V. 330. legend. ἔσπετο, ut v. 159. V. 333. legebam ὃς δὲ Θ. V. 337. cum ap. Neandr. esset ἔδυσεν ἐπίδρομον ὅρμον ὁδοῖο, legebam;

ἀλλ' Ἥρη μὲν ἔλυσεν ἐπίδρομον οἶμον ὁδοῖο,
πρόσθεν ἀναστείχουσα· Ποσειδάων δ' ὑπὸ πυργῶν
σταθμὸν ἀνοιγομένων πυλέων ἀνέκοπτε τριαίνῃ.

et sic etiam ἐπὶ δρόμον ferrem. In ed. recentiss. nec unde sit αὖθις, nec quid sibi velit, video. Non magis concoquo, quo sensu Minerva dicatur πρόσθεν ἀναστέλλουσα. Ad nostram emendat. facit v. 302. Ἀθην. ἡγεμονεύοι; οἶμον vide v. 102. παραστείχω et περιστείχω vv. 409. 538. V. 343. s. loco fortasse difficillimo legendum:

ἄλλαι δὲ χνοόωσαν ἀμεργόμεναι χάριν ὄλβου,
ὄλκῳ δουρατέῳ ῥοδέους στορέσαντο τάπητας.

substernebant ligneae, quam trahebant, moli, i. e. *equo* (ὄλκῳ δ.) *tapetas*, quos poëta satis apte χνοόωσαν χάριν ὄλβου, *divitis vitae mollem gratiam* vocat. Pluviae locus non est, nisi quis in alia omnia abiens, florum sparsorum pluviam f. velit, veluti: κροκόεσσαν ἀμεργόμεναι χάριν ὄμβρου. Veram pluviam cogitare, plane absurdum; et si de tegendo aut abstergendo equo dicendum erat, iam omnia mutari debebant, veluti ἀχλυόεσσαν ἀμεργόμεναι v. ἀμυνόμεναι χύσιν ὄμβρου, quibus omnibus iam facile carebimus. Inter ἀμέλγω et ἀμέργω Codd. ubique fluctuant, ut ap. Nicand. Th. 910. In ὄλκῳ δουρ. qui offendat, possit πώλῳ δουρ. ut ἵππον sequitur v. 346. sed sanum illud. V. 353. si rectum esset ἀμφίπολοι, grues dicerentur *hiemis famuli*, at εἴαρος potius sunt. Verum legendum videtur χείματος ἀγχιμόλου, *appropinquante hieme*. Argutius, non verius esset χείματος, (absolute) ἀμφὶ πόλον, vel χείματος ἀμφὶ πύλας. V. s. nescio, quomodo aut explicandum aut stabiliendum sit ἐποχμεύουσιν; an κύκλον ἐπικλονέουσιν, *orbes confundunt et conglobant*, v. ἐποιχνεύουσιν. V. 364. Nonni usus et me de voc. θεσμῶν cogitare fecit. Praeterea ἐξήλατο f. aptius esset. Quod in v. 248. offendebat, cadit etiam in v. 366.

πλαζομένη κραδίην, ἱερὴν ἀνεσείετο δάφνην.

et κραδίην omnino hic suspectum. An κροτάφων ἱερὴν ἀν. δ. vel κεφαλῆς, cf. v. 372. et Non. Hymn. et Nic. p. 32. V. 372. Legend. ἐπισσείουσα vel f. ὑποσσείουσα, V. 374: χαίτην κοπτομένη καὶ στέρνον sanum non est. Nemo χαίτην κόπτεσθαι dixit. F. θρυπτομένη et de evulsis capillis et de pectore lacerato dicendum erat; vel χαίτην mutandum in νηδύν, uti *femora* certe in luctu pulsabant. Sed f. versus excidit aut duo hemistichia confusa sunt:

πυκνὰ δὲ χαίτην
ῥιπτομένη, καὶ στέρνον ἀμοιβαίαις ὑπὸ χερσὶν
κοπτομένη πάνλευκον, ἀνίαχε μαινάδι φωνῇ.

V. 387. Neandri νέφη σχήσουσι mutabam in τικτομένοισι βοηθήσουσι γυν. aptiori, nisi fallor, verbo, ut f. et v. 389. βοηθεῖ pro βοήσει reponendum. V. 392. poëticus sermo postulat ἐκχυμένου. V. 395. Fortasse scribendum:

ὤ μοι, ἐμῶν ἀχέων, ὤ μοι, πατρῴϊον ἄστυ,
αὐτίκα μοι λεπτὴ κόνις ἔσσεται·

V. 402. Praeferendum ἐπὶ παισί, quia πᾶσι nimis languet, et quodammodo ἀριστοτόκεια v. praec. illud postulat. Alibi πᾶσι et πάλι confusa, ut in ep. Hedyli Anth. nov. T. II. p. 763. n. 28. pro monstroso nomine Πασισωκλῆς legend. πάλι Σωκλῆς, de quo alibi. V. 408. Certum est, hiatum δῶρα ἀν. ferri non posse, quem elegans Hermanni coniectura tollit. Sed probum illud πότμον ὑφ. v. s. fecit, ut, verbis cum antecedd. iunctis, aliquando coniicerem:

οἷον ἐμοὶ δέσποινα καὶ αὐτῷ ἄωρον ἄνακτι
ἀντὶ τόσων καμάτων Ἀγαμέμνονι πότμον ὑφαίνει;

Nam pro arctius pronom. αὐτῷ cum nom. ἄνακτι cohaeret, eo magis excusari putabam caesuram trochaicam in quarto pede. Sed hoc non unicum est, quo haec coniunctura laboret. Corripit Tryph. non omnes vocales longas et diphth. ante vocalem; sed fere unice diphth. αι et οι, quae in doctrina de accentu brevibus vocalibus quodammodo aequiparantur. Sic καὶ saepissime, et alibi αι vv. 128. 197. 279. 281. 286. etc. οι vv. 120. 124. 175. 202. 608. etc. Praeterea ποῦ semel v. 379. ἐπεί v. 535. ubi ὁπότ' οὖν poterat, etsi in eiusmodi indeclinabilibus, et inprimis in encliticis maior libertas concedenda est. Sed unicum σακεσπάλῳ Αἰγ. v. 161. in σακέσπαλον muta, hic vero lege οἷον — δῶρον — πότμον. V. 410. malim τά γε γνώσεσθε παθόντες, vel τά τε γν. V. 421. Nescio, qua auctoritate nitatur

lectio *ὑλάουσ' ἀπερύκεις*; sed id scio, apostrophum hunc non multis exemplis (cf. ad v. 265.) probari posse. Et sic fort. praeferendum, quod ex antiqua lectione elici potest: *μάτην δ' ἔχρας, ἅπερ ἔχρας, frustra vaticinata es.* — V. 436. coniiciebam *αὖτως* et *μελόντων*. V. 452. f. *ἐδύσετο*. V. 479. Propius videbatur *λύσειν*. V. 490. Non ferend. *καμάτῳ ἀδδηκότες*; sed aut antiquum *βεβαρηότες* restituendum, aut salt. *καμάτοις*. V. s. fort. *καὶ δείπνου φόρμιγξ ἀνεπ.* V. 505. malim *φόνου πν.* V. 516. Lege *αἰγλήεντι — προσώπῳ*. V. 516. displicet *ὑπό*, quod e v. s. male huc illatum videtur. Sed tentari possunt multa: *οὐχ ὁπότε γλ.* vel *ὅτ' ἔτι γλ.* vel *ὅτε ποῦ γλ.* quod postremum Schaefero quoque in mentem venit. V. 521. *οἴνοπα πῆχυν* vitiosum puto; neque *ἤνοπα* vel *νώροπα* rem mutat. Desiderem *ἤνοπα λύχνον ἀνεῖχε*, nisi f. *πῆδον* de *picea face*, subest. Cf. Schn. Lex. V. 530. F. *ἐνέλειφθεν*, etsi et hoc habet, quod reprehendas; vel *ἄρ' ἔλειφθ.* corruptum in *ἄλ' ἔλ.* unde *ἐλέλειφθ.* V. 533. mire a recentissima lectione discrepat antiqua, illa non deterior. Nam si alii, *κοῖλον λόχον* equum Troi. dixerunt, potuit etiam *γλαφυρὸς ξύλοχος* dici, et *θορεῖν*, verbum de partu proprium, hic satis est argutum, cum in *λόχος* ad eundem alludi videatur. Neque denique partic. *θορόντες* constructionem turbat. Si par est auctoritas utriusque lectionis, de duplici recensione cogitem. V. 537. ut male olim *ἄνθεσιν* edebatur, ita erratum circa hoc voc. in elegantissimo epigr. Macedon. Anth. Pal. I. p. 152. n. 231. ubi duabus literis mutatis legendum:

Τὸ στόμα ταῖς Χαρίτεσσι, προσώπατα δ' ἄνθεσο
Κάλλει,
ὄμματα τῇ Παφίῃ, τὴν χέρα τῇ κιθάρῃ.

et similiter in ep. Agath. ib. p. 15. n. 35. ubi scribendum:

ἄνθεσαν εἰς σέ, μάκαρ, τὴν σφετέρην γραφίδα.

V. 545. Inter multa alia ἔξεον et mihi in mentem venit; sed illud neque cum κολοσυρτῷ neque cum seq. ἔνθα π. ἔνθα satis convenit. An ἴθυον? V. 551. pro νέη, quod sic minus usurpatur, malim νύος vel κόρη. V. 664. Lege πολέμων ἑτερ. nisi totum vocab. coniectura nititur: nam ap. Neandr. lacuna est, quam et ego sic explebam. An παλάμης? Sed cf. v. 671. V. 568. potius γαῖα βαθεῖα. V. 577. s. Locus difficillimus, in quo versus videtur periisse. Desidero tale quid:

καί τις ὑπὸ σκιόεντι δόμῳ κεκρυμμένος ἀνήρ,
κοπτομένης ἀΐων θυρίδος, μετὰ νυκτὸς ἀναστάς,
ξεῖνον, ἰών, ἐκάλεσσεν, ὀϊόμενος φίλον εἶναι, —

vel, simili cum sequente versu initio, facilius excidit versus eiusmodi:

ξεῖνον ἐπὶ προθύροις δοκέων τάχα δοῦπον ἀράξαι.

V. 582. suspectum ἀλγηρῷ, f. ἀκρήτῳ. V. 586. videtur voluisse ὁμοῦ τοῖς ἀστραγάλοις ἐξήρυγον οἶνον; miror tamen, nisi versus excidit: nam eiusmodi imago, Nonno dignissima, ulterius exornari merebatur. Si saltem dixisset:

ἀστραγάλους ἔαγεν· βιοτῷ δὲ συνήρυγον οἶνον.

V. seq. voluit f. ἐστείνοντο. V. 596. Malim οὐκέτι φειδ. paulo ante, v. 592. necessarium τε καὶ. V. 602. Nonnus dixisset καρήνοις et f. καταισχύνοντο. Sed cf. v. 622. V. 612. F. ῥύοντες, cf. ad v. 802. etsi mutatio hic non necessaria. V. 617. F. ἔρχονται. V. 625. ex antiqua editione tentabam:

δειμαλέους ἅτε θῆρας ἐληΐξεσκεν Ὀδυσσεύς,

Si ἐλάων e Codd. est, corrigerem fere cum Schaefero:

καὶ ἀντιβίων μὲν ὅμιλον,
θὴρ ἅτε δειμαλέους ἐλάφων, ἐδάϊξεν Ὀδυσσεύς.

V. 627. lege μέσην δ' ἀνὰ γαστέρα σ. V. 638. Pro duriori elisione ᾐδεῖθ' ἧς, cf. ad 265. poterat αἴδετο v. ᾔδετο, τῆς cf. v. 632. forma Homerica, imo et ἄξετο,

τῆς. Neque plane inepta est Stephani lectio. V. 645. pro intolerabili productione χειρὸς Ὀδυσσῆος ὀλοὸν βέλος scribe χειρὸς Ὀδυσσείης ὀλ. V. 664. Malim φόνου χύσιν, vel μόθου λύσιν· V. seq. leg. καθ' ἕκαστα, quia hiatus certe non ferendus. Addo locum omissum v. 115. φωτὶ ἐοικώς, ab Herm. defensum. Sed e vulgata ἀνδρὶ ἐοικώς scribend. f. πενεόφρονος ἀνέρος εἰκών, quod interpretatio corrupit. V. 669. aliquando in mentem venit κατέγραφεν ἠέρα πώλοις; sentio tamen, quomodo illud defendi possit. V. 671. Offendit eadem productio, ac v. 564. f. eodem modo tollenda, πολέμων vel adeo παλαμῶν, quamquam pro ὑπεραυχέϊ etiam μεγαλαυχέϊ ut supra f. κρατεραλκέα suppeteret. V. 688. languidissimum ἄλλα τε πάντα mutandum f. in ἄλλοτε δ' αὖτε χρ. Denique v. 691. cum ap. Neandr. esset ἀνώροντο, ap. Steph. ἀνόροντο, postremum hoc non deterius, imo exquisitius videtur, quam ἀνάγοντο. Cum enim ὄρονται, Odyss. ξ. 104. ὤρετο, Il. μ. 279. ὄροντο, Od. γ. 471. et ἀνῶρτο, Apollon. I. 698. dicantur, sanum etiam ἀνόροντο videri debet. Scribi etiam αὖ ὄροντο posset, si correptum αὖ placeret. Si quid mutandum, praesto erat ὦρμῶντο et f. ἄραντο.

CHRISTIANI FRIDERICI GRAEFII

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

COLUTHUM ET MUSAEUM.

[Prodierunt Petropoli 1818.]

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

COLUTHUM.

Si in Tryphiodoro multa probabiliter restitui possunt coniectura, res aliter sese habet in Colutho, ubi haec emendandi via multo est difficilior et magis lubrica, ut id ad Tryphiodorum iam observavimus. Mutilatum autem hoc carmen est ita, ut sub finem non tam carmen ipsum, quam carminis epitome ad nos pervenisse videatur. Et qui in multis egregiam operam praestat, Cod. Mutinensis, a Bekkero collatus, in aliis tantum abest, ut iudicium iuvet, ut magis impedire censendus sit. Accedit, Bekkerum in eo ad Theognidem describendo breviorem esse, quam cupiat is, qui de omni eius pretio accuratius iudicaturus est. Et cum interdum longius recedat a vulgata scriptura, fieri potest, ut non tantum de diversis Codd. familiis, sed de duplici adeo poëtae recensione cogitandum sit, cuius insigne vestigium deprehendi videtur vv. 108. 109. cum vv. 112. 113. comparatis.

Ab auctoritate Cod. Mut. pendet iudicium de verbo, quod v. 4. legendum est. Nam ἐπαντέλλεσθε poëtica imagine se commendat, neque dubius est usus medii τέλλομαι, Arat. Ph. 285. 382.; ἐπεντύνεσθε s. ἐπεντύνασθε Cod. tuetur. Callimachi similis locus nihil evincit. Multa enim a multis similiter dici potuerunt, ut ἐς χορὸν ὀτρύνεσθε v. 415. a Tryphiodoro dictum. Difficul-

tas augetur mire coniunctis vocc. χορός et χορεῖαι, quae res simul ad verbum constituendum facit. Prius de *saltatione*, alterum de *carminibus* argutius quam verius accipiebat POPOFF noster, felicius v. 3. ἔνι defendens. Si utrumque voc. sanum, χορείας interpretor de ipsis in Ida monte saltantibus sive Nymphis sive virginibus, quibus se fluvii Nymphae ad communes instituendos choros miscent, quasi esset Ἰδαίῃσι — κόρῃσιν, aut, si masculinum ferendum, Ἰδαίοισι — χορευταῖς. Sic ἐπαντέλλεσθε necessarium est. Sed f. χορός et χορεῖαι hic non rectius iunguntur, quam v. 83. πλόκαμοι et χαίτη. Elegans sed non nimis probabile esset ἔσπεροι Ἰδ. ἐπαντέλλεσθε χ. ut ἕσπερος habet Paul. Sil. ep. 25. 28. Minus placet εἰς ὄρος, v. ὡς κόραι, aut si quis in fine v. ποροίαις tentaret, etsi Nonnus hoc v. frequentat, et sic utrumque verbum conveniret. — V. 8. Bekkeri δαί non est horum poëtarum. Lege τί δ' αὖ, quo et altera lectio δ' ἄν ducit. V. 14. Falso Lennepii εὔκρηνον propter spondeorum continuitatem a Bekkero damnari, ad Tryphiodorum monuimus. Fallitur etiam censor Bekkeri Halensis (a 1816. n. 173. p. 585. ss.) ἐύκρηνον proponens. E Cod. Mut. Ἰδαίῃσι κάρηνον eliciendum f. Ἰδαίης ἀκάρηνον, si e geographis probandum, cacumen hoc caeteris obtusius fuisse. Si τρικάρηνον, praefertur, Phalacrae nomen poëtice de toto monte Ida accipi debet. V. praec. recte POPOFF meus μολοῦσαι constantem librorum lectionem defendit, quam sine omni causa deseruit Bekkerus, eo peius faciens, quo minus commemoratis, vv. 15. 16. *Paridi* et Veneri convenit accusat. foem. μολούσας, qui ne addita quidem post v. 16. Iunonis et Minervae mentione, propter praecedens et proximum Paridis nomen, satis aptus fuisset. Neque vero necesse est, de omissis eiusmodi versibus cogitare, quia satis erat, iudicem commemorasse et de Deabus eam, quae palmam reportaverat. In antecedentibus autem, ut in communi sententia, ita communi etiam genere de ἀθανάτοις v. 11.

non ἀθανάταις, recte locutus est poëta, ut neque huc foem. μολούσας referre liceat. Post v. 24. collocandi videntur duo vv. 39. 40. sic scripti:

χρυσείης δ' ἑκάτερθε τινασσομένης πλοκαμῖδος,
βότρυς ἀκερσεκόμης Ζεφύρῳ στυφελίζετο χαίτης.

de intonsa Apollinis coma. Sic demum apti sunt. V. 25. Lege μεθωμάρτησε κ. V. 26. Locum impeditissimum, qui hyperbaton amant, fortasse satis expeditum putabunt, iunctis verbis, οὐ δὲ καὶ αὐτὴ βασ. Ἁρμ. Ἀφρ. quibus non invidebimus. E coniecturis facillima est Lennepii καθ' Αἱμονίης, versu 17. facile stabilienda; habet etiam, quod placeat, Dorvillii μεθ' Ἁρμονίης, probandum f. v. 375. modo nexus ibi sanior esset. Literarum apicibus insistens censor Hal. l. c. eliciebat Ἀπάτης βασίλεια καὶ Ἁρμονίης: ita posses et ἄκτης βασ. ut nota est Venus, in litoribus culta, cf. v. 202. s. et faceret eiusmodi Venus litorum ad Thetidem marinam; sed utrumque non minus alienum est ab ἁρμονίᾳ, quam si quis Ἄτης scriberet. Sed hac via offerret se etiam ἀγάπης βασ. aptum ad sensum, modo idonea poëtae auctoritate haec vox confirmari posset. Verbum ἀγαπᾶν sane sic occurrit, et ἀγαπώμενοι sunt τὰ παιδικά, Lucian. Nigr. 7. et videtur ἀγαπησμόν sic dixisse Menander ap. Suid:

γινόμενον ἀλλήλων ἀγαπησμὸν οἷος ἦν.

verum ἀγάπη me legere, non memini. Cf. tamen Zonar. s. h. voc. An igitur audacioribus esse licebit? Iam coniecturis latus patet campus: οὐ δ' Ἐρατοῦς β. οὐ δὲ Πόθου β. οὐ Χαρίτων β. οὐ δὲ γάμου β. οὐ κοίτης β. aut denique οὐ δ' εὐνῆς β. in quod et Dem. Popoff incidit, omnium f. optimum, cf. 202. Et ut nihil intentatum relinquamus, fortasse Ἀφροδίτη est interpretamentum, cum poëta dedisset:

οὐ δ' αὐτὴ βασίλεια καὶ Ἁρμονίης γενέτειρα,

si quidem et mater et regina Harmoniae Venus dici poterat. Ad v. 35. male sollicitant Nonni 35, 112. ubi

sanum ὅττι. V. 48. Lennepii coniecturam edidit Bekkerus, non ita certam. E Cod. M. οὐδ' ἀκόλπος ἀρ. exsculpi posset iisdem paene literis οὔδας ἄνοπλος ἄραξε κ. si f. facili errore scriptum ἀνόλπος; sed numeri sic corrumpuntur: ∪ — ∪ | ∪ — ∪ | neque simile quid alibi Tryphiod. aut Coluthus commiserunt. Itaque, reliquis Codd. comparatis, proximum fuerit: οὔδεϊ κόμπον ἄραξε κ. cf. v. 55. aut χειρὶ δὲ γαίης θυάδι κόλπον ἄραξε κ. Ante πασάων v. 66. excidit de Pallade distichon, fortasse propter simile initium:

Παλλὰς δ', οἵα Διὸς θυγάτηρ Κρονίωνος ἀμήτωρ,
νίκη τερπομένη, πρεσβήϊον ἤτεε νίκης.

V. 69. si negatur ἐφεδρήσσειν *assidendi* sensu, quod fieri nolim, legendum fortasse ὑφεδρήσσοντα de Mercurio, in inferiori loco, ut ministrum decebat, sedente. Idem alio verbo volebat Lennep. Ap. Non. Paraphr. VI. 61. legend. λαὸς ὑποδρήσσεσκεν ἑταίρων. V. 75. Malim ἣ δὲ διακρινθεῖσα φέρεται περιπ. ὀπώρην, κ. V. 82. Coluthum ex allato Nonni loco emendare debebat Wernikius. Admodum enim suspectus genit. κομάων, ante πλοκάμους v. s. et χαίτην, et qui v. 134. acute emendabat, κόσμον ἐθείρης, (et acutius f. cens. Hal. κόσμια χαίτης), non videbat, ineptum χαίτην v. 83. e v. 133. emendandum esse? Quis enim sic iungat πλοκάμους et χαίτην, etsi Io. Gaz. v. 224. non multo melius πλοκάμους et κόρσην iunxit. Iam πλοκάμους facile mutes in παλάμας; sed l. l. 133. s. una cum Nonno monstrat, scribendum esse:

καὶ περόνῃ θυόεντα διαστήσασα χιτῶνα,
χρυσῷ μὲν πλοκάμους, χρυσῷ δ' ἐστέψατο δείρην.

Verba *ΚΟΜΑΩΝ* et *ΧΙΤΩΝΑ*, *ΧΑΙΤΗΝ* et *ΔΕΙΡΗΝ* non magis discrepant, quam quae infra v. 374. confusa vides γυναῖκας et κολώνας. Et sic in extremis vocabulis ap. Nonnum saepissime peccatum. Hic in l. l. Nonni scribe: συνέεργεν ἑοῦ κ. V. 104. legend. ποιμαίνων δ' ἑκατ. distinctione maiori ante ποιμ. posita. Sequitur

locus impeditissimus, ubi duo sibi simillima disticha brevi intervallo repetuntur v. 110. s. et v. 114. s.

τοῖος ἐὼν, σύριγγος ἐς ἤθεα βαιὸν ὀδεύων
ἀγροτέρην καλάμων λιγυρὴν ἐδίωκεν ἀοιδήν. —
ἔνθεν ἔχων σύριγγα κατ' ἤθεα καλὰ νομήων,
Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν.

Hic primum v. 110. nihil videtur nisi corruptio versus 114. Mirandum tamen, utrimque similem versum subsequi, 111. et 115. et variari etiam vv. 110. et 114. in nonnullis ita, ut de duplici poëtae recensione non temere cogitare possis. Quod si negatur, alterum de duobus distichis aliunde irrepsisse censendum erit. Tueri utrumque is demum poterit, qui v. 110. ita immutaverit, ut a v. 114. satis recedat, sed et sui satis similis maneat: in quo Wernikius praeivit, non tamen suspectum βαιόν vel βαιός emendans. Et sane mutari omnia possunt, ut: σπήλυγγος (v. σήραγγος) ἐς ἠθάδα θῶκον (v. βάθρον) ὀδεύων, vel: σπήλυγγος ἐς ἔνδιον ἄβρὸς (v. οἷος) ὀδεύων, vel: σύριγγος ἐς ἡδέα ῥυθμὸν ὀδεύων v. σύριγγος ἀήθεος ἦχον ἀμείβων, alia; sed his nullus probabilitatis color inest, etsi σπήλυγγος mentionem facerent plura veterum loca, laud. ap. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 252. et artis adeo monumenta, in quibus Paridis iudicium expressum est. Superest, ut videas, an integriore versu 114. in locum corrupti v. 110. recepto, et servato versu 111. versum 115. post v. 112. collocare liceat. Verum partim operosum hoc est, partim nondum satisfacit, quia sic ante v. 116. desideratur versus huiusmodi:

σιγὴ δ' ἦν ἀν' ὄρος, σιγήσατο πώεα μήλων,
οὐ κύνες ὠρύοντο, καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος.

Sed his omnibus medetur id, quod priori loco suspicati sumus, si praeterea illa Cod. Mut. lectio, quae ad v. 110. affertur, ad v. 114. transfertur, ut iam post v. 9. sequantur vv. 112. 113. et deinde sic legatur:

τοῖος ἐπεὶ σύριγγι, κατ' ἤθεα καλὰ νομήων,

Πανὶ καὶ Ἑρμάωνι φίλην ἀνεβάλλετο μολπήν,
οὐ κύνες ὠρύοντο, καὶ οὐ μυκήσατο ταῦρος.

nisi pro ἐπεί malis ὅπου. Eadem coniunctio cum seqq. locum habet, admissa Lennepii coniectura ἔνθα δ' ἔχων σύριγγα, κατ' ἠθ. quae et ipsa ex parte Cod. nititur (v. 114.) ita ut ἔνθα sit *ubi* aut *quando*, etsi id Lennepius non videtur voluisse. Similem coniunctionem duobus duris et a Colutho alienis apostrophis ἐνθ' ὅγ' ἔχων infeliciter tentabat Censor Hal. l. l. Iam si ponimus, v. 110. verum esse τοῖος ἐπεί, et v. 114. ἔνθα δ' ἔχων, videmus, utrumque distichon coire cum v. 116, ut sic quoque illa suspicio de duplicis recensionis vestigio augeri videatur. Sed simul ambiguum est, utrum v. 115. an v. 111. pro novissima recensione recipere praestet. Posteriorem qui praeferat, ei ἀγροτέρων καλάμων ut scribat, suadeam. V. 127. lege μεθήκας, fidem facit v. 374. cf. Matthiae Gr. gr. p. 271. Similiter ap. Thucyd. VII. 32. pro διαφήσωσι leg. διαφήσουσιν. V. 135. verum videtur πτέρνας ap. cens. Hal. certe accusativus necessarius est. V. s. 136. Primum copula deest, deinde particip. μειδιόωντα hic non nimis aptum est; accedit, in Cod. M. aliam f. lectionem latere. Simplicissimum esset: καὶ χειρῶν μέλλοντα δικ. sed e divulsis literis Cod. M. elicias χειρῶν δ' ἐλλινύοντα v. ἐλλινύοντα, si obloqui licet Viris doctis qui ι in h. v. produci contenderunt; nam χειρὶ δ' ἐλινύοντα, vel χειρὶ δὲ δειλὸν ἐόντα v. δειμαίνοντα ut v. 123. et 126. iam longius recedit. V. 147. legend. ὀπάσσεις, ut simile vitium aliquoties in Nonno sustulimus. V. 184. scio, ἡμετέρης defendi posse; verius tamen esset ὑμετέρης, quam Paris incolebat. Nunc nimis anguste de Iunone Idaea cogitandum. Praeterea offendit ter recurrens ης; etsi conferri potest v. 198. Poterat tamen:

Ἀσίδος ὑμετέρης πάσης σ' ἡγήτορα θήσω.

cf. v. 160. V. 171. καὶ ἀγλαΐῃ με διώκει, *subsequiturque decor*. Tibul. IV. 2. 8. V. 181. σιδηρείη τομή quid

hic sit, ex Luciano notum; *ῥίζα σιδήρου* quid sibi velit, nisi fere idem est, non video. Nam *ῥίζα σιδήρου* est *σίδηρος*, qui Palladi *ῥίζα* erat, unde propullulavit. Si argutandum, f. chalybs sic dici poterat. Fortasse captavit aliquam conciunitatem cum v. antec. et ut ibi expressa est notio patris et matris, ita hic duo posuit, ad idem alludens. Infeliciter. Nam illa est *ἀμήτωρ*, a ferro in lucem edita. Emendationem locus videtur respuere. De transitivo usu verbi *ἀναβλαστέω* v. seq. cf. interpp. ad Aiac. 40. V. 186 — 188. Quod priori versu olim edebatur *Ἀθήνη*, neque nominativo neque vocativo sententiae convenit; neque ferendum, quod coniecit Leu. *ἐκεῖναι*, quia sic v. 188. sensum non habet. Itaque omnino verum est *Ἀθῆναι*, non de Minervis pluribus, quod in hac ad Minervam oratione absurdissimum, (etsi aliquando eiusmodi nomina propria plurali numero dicuntur); sed de *urbe Athenarum*. Urbs autem cum dicitur, intelliguntur incolae. Vellicat itaque Minervam Venus ita, ut Athenienses, quibus illa superbit, tamquam homines imbelles et ignavos rideat. Tu, inquit, fortis et victrix videri cupis; at neque tu fortis es, neque tua illa urbs inclyta. Et quia urbis nomen plurale est et foemininum, *Ἀθῆναι*, si personam induunt, mulieres videri possunt; at non sunt verae mulieres! quid igitur? mares? neque mares, neque foeminae, etsi membris a natura in utrumque sexum distiguuntur Athenienses. Totum est Nonni acumen, qui illud *κεκριμένον* multis modis usurpavit in Dionysiacis: locus Paraphr. male laudatus, est Cap. XIX. v. 36. Totum est epigrammaticum, quemadmodum Dea Roma, propter summam Romanorum, qua barbaris succumbebant, mollitiem et ignaviam, lusu peti poterat simili:

Πῇ μοι ἔβης, Ῥώμη, θύγατερ πρεσβίστη Ἄρηος,
ἀντιάνειρα κόρη, πῇ σὺ φυγοῦσ' ἀπέβης;
δίζημαί σε μάτην θνητῶν ἐν ὁμηγύρει ἀνδρῶν,
ἔν τε θεῶν μακάρων πρὶν κρατεροῖσι χοροῖς.

φεῦ φεῦ, καὶ σὸν ἔδος, πότ' ἐπὶ χθονὸς αἰὲν ἄθραυστον,
ἐθραύσθη, Ῥώμης ἑπταλόφοιο πόλις.
κεκριμένων δ' ἔτι μὲν μελέων, οὐκ ἔστιν ἰδέσθαι,
εἰ γύνη, εἴ οἱ ἀνήρ· οὐδέτερον γὰρ ὅλον.

Haec de sententia loci. Sed expedienda est lectio v. 187., ubi τοῖαι, quod Cod. Mut. obtulit, fateor, me non intelligere; καὶ οὔ, quod vulgo edebatur, metricis rationibus damnandum est, neque negatio propter seq. ἀγαλλόμεναι, satis videtur probabilis. Nunquam καί ante vocalem ab his poëtis productum reperitur, ut id ad Tryphiod. v. 132. observavimus. Itaque, nisi Cod. Mut. unice audiendus est, verum censendum est id, quod pari probabilitate et in καὶ οὔ et in τοῖαι depravari potuit. Legendum itaque videtur:

ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθῆναι,
εἰ καὶ κυδαλίμοισιν ἀγαλλόμεναι πολέμοισιν,

licet superbientes gloriosis bellis, imbelles potius sunt. Et εἰ καὶ, ut corrumpi potuit in οἷαι et τοῖαι, sequente imprimis simili syllaba κν, (vid. talem errorem C. Mut. v. 397.) ita transpositum καὶ εἴ facile depravandum erat in καὶ οὔ, ut οὔ et εἴ confusa sunt infra v. 300. qui locus levem cum nostro similitudinem spirat; sed, quod doleas, eo non integrior ad nos pervenit. Si vulgatae praeferenda est auctoritas Cod. Mut. proxime offert se:

ἀγνώσσεις, ὅτι μᾶλλον ἀνάλκιδές εἰσιν Ἀθῆναι,
αἱ τεαὶ, εἰδαλίμοισιν ἀγαλλόμεναι πολέμοισιν.

speciosis bellis, ut fere εἰδάλιμος est apud Mnasalc. ep. 17. et origo vocabuli postulare videtur; vel οὐοαμινοῖσιν, aut οὐτιδανοῖσιν, epitheto, quod Nonno in deliciis est. V. 200. Male repetitum νῆας aut e fine v. praeced. aut initio v. 198. corruptionem loci videtur effecisse, cum poëta dedisset: κάμε νῆας, οἵας οὐκ ἐν. etc. alludens f. ad Argus navem, ab Argo quidem exstructam, excogitatam tamen a Minerva, cf. Apollon. l. 19. aut ad equum Troianum, similiter ortum, cf. Tryphiod. v. 57. Infelix acumen, Colutho tamen non

indignum. Quod qui negat, per me duos versus, a Cod. Mut. suppeditatos, aliunde desumtos et male hic insertos putet. Sic Argo describi potuit huiusmodi versu:

νῆα μὲν οὖν ἐνόησε καὶ οὐκ ἤσκησεν Ἀθήνη.

V. 204. F. *τιθήνης* proximum versum claudebat, ad quem librarii oculus cum aberrasset, factum est, ut verba interposita omitterentur. Ita cogitari certe potest, mare *τιθήνην* a Venere marina vocari, veluti:

ἔπλεεν Ἑλλήσποντον ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης·
οὐ δ' ἄλὸς οἶδε θεὰ λειαινέμεν οἶδμα τιθήνης.

relate ad v. 202. s. Sed f. *τιθήνης* ortum est ex male repetita syllaba postrema voc. *νῶτα* et genitivo *θαλάσσης*, per compend. *θαλασ* scripto. Post v. 208. versum excidisse, nullis argutiis negari poterit. Etsi enim physicis rationibus demonstrari potest *θάλασσα, ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἰεῖσα*, cf. Non. II. 499. ss. uti *ἀήτας ὠκεανὸς ἀνίησιν*, Odyss. *δ*. 568. et extorqueri fortasse *λαβρὸν* vel *πικρὸν ἀμιχθ. ἀπ' ἠέρ. ὄμβρον ἰεῖσα*, adeoque *θάλασσα* v. 202. mutari in *θύελλα*; omne tamen eiusmodi artificium ab hoc quidem loco alienum videtur, praesertim cum propter praecedens v. 202. *μέν*, illud *ἡ δ' ἄρα* aptam oppositionem incipere videatur. Suspicor itaque, propter simile fortasse initium excidisse versum huiusmodi:

ἡ δ' ἄῤ, ἀμιχθαλόεντος ἀπ' ἠέρος ὄμβρον ἰεῖσα,
ἦμαρ ὁμίχλῃ νυκτὸς ἀπεκρύψεν μέσον Ἥρη.

cf. Heyn. ad Il. *ω*. 753. vel *ἦμαρ ἀκηχεμένοις* (cf. v. 290.) *Ἥρη πάλι κρύψατο ναύταις*, et quidquid hac via excogitari potest. Certe Iuno, *ὄμβρων μήτηρ*, Orph. hymn. XVI. 4. habebat, cur Paridi irasceretur. Et similia initia duorum versuum vv. 262. 264. *παπταίνειν* et *πεπταμένην* fecerunt, ut liberarius, scripto priori versu, putans, se posteriorem scripsisse, omissis vv. 263. 264. ab uno Cod. Mut. servatis, ad v. 265. festina-

ret in eo Cod. unde vulgata lectio fluxit. Vicissim Cod. Mut. de duobus vv. 283. 284. ab εἰμί incipientibus, alterum omisit, similiter omittens v. 349. propter v. 350. Pari modo propter eundem cum v. praeced. exitum periit v. 269. Ruhnkenii coniectura, μυδαλέον ἐξ ἠέρος, ut audax et minime necessaria est, ita productione impingit, qualem nunquam admisit Coluthus, vid. ad Tryph. v. 14. Lennepii, quem supplet, versus caesura laborat. Caeterum ὀρφναίους ἕλικας *nubes conglobatas, nubium nigrarum turbines* interpretor; ἕλικὰς στεροπῆς ζαπύρους dixit Aeschyl. Prom. v. 1083. V. 212. de productione μετὰ ῥία dictum ad Tryph. v. 216. V. 221. Coluthi geographiam damnant omnes. Sed cum vel in desperatissimis causis defensorem accusato concedat humanitas, videamus, quid susceptis patroni partibus praestari possit. Achaiam v. 219. de universa Graecia accipi posse, concedunt, puto. Iam non sine arte a poëta institutum, ut Phthiam tantum et Mycenas v. 220. commemoraret Paris, quasi praesagiens, illas mox Achillis et Agamemnonis nomine prae caeteris claras fore. Mox vero importunus est Erymanthus cum Eurota et urbe Sparta coniunctus. Eurotas et Alpheus, cui Erymanthus miscetur, communes fere fontes habent, cf. Pausan. VIII. 44. §. 3. unde coniicias, Erymanthum cum Alpheo a poëta confundi, aut referri adeo poëtice ad illum id, quod proxime ad hunc pertinebat. Verum etsi sic huic Coluthi geographiae veri species subiici videtur; constructio tamen impeditissima manet. Suspicor itaque, latere in nomine Erymanthi aut nomen proprium loci, non nimis remoti ab Eurotae ostio, veluti Ψαμαθοῦντος, aut, quod facilius videtur, epitheton praecedentis substantivi exquisitius, ut versu transposito, scribatur:

ἔνθεν, ἀνερχομένοιο παρ' εἰαμενὰς ἐριανθεῖς
κεκλιμένην ἐνόησεν ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθροις
Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ἀτρείωνος.

Adiect. ἐριανθής analogiae convenit ut ἐριθαλής, et

ἐριθηλής ap. Hesych. (Sed ap. Plutarch. Thes. 17. πρίνου ἄνθει ἐριθάλλου, in postremo vocabulo interpretamentum primi, cui ἐρυθροδάνου adscriptum, latere videtur.) Nolim itaque formas usitatiores εὐανθεῖς aut πολυανθεῖς hic inferre. Iam Eurotas dicitur ἀνέρχεσθαι, παρ' εἰαμενὰς ἐριανθεῖς, quatenus Paris ab ostio fluminis versus urbem ascendit, ἀνέρχεται, et sic ei fluvius adversus sensim se sensimque usque ad urbem aperit. Recte vero εἰαμεναί sunt loca illa depressiora et fere paludosa ad Eurotam, quae longe lateque floridis pratis vestita fuisse, probabile est. Ita haec ferenda videntur, etsi malim, e Cod. offerri: ἔνθα κατερχομένοιο π. Efficere enim, ut participium de Paride dicatur, veluti:

ἔνθεν, ἀνερχόμενος Πάρις εἰαμενὰς ἐριανθεῖς,

i. e. ἐρχόμενος ἀνὰ εἰαμενὰς ἐρ. id aliis difficultatibus premitur; quod autem in antiquiori poëta facillimum esset:

ἔνθεν, ἀνερχόμενος ὁ παρ' εἰαμενὰς ἐριανθεῖς,

Coluthi versus non permittit. V. 226. aut recipienda lectio Cod. Laur. γαλήνης δηρὸν ἐρεσσομένης, aut, quod concinnius videtur, scribendum γαληνὸς — δοῦπος ἐρετμῶν de *tranquilla* in fluvio navigatione. Caeterum absurdissima sunt quae Lennepius ad v. 224. suae edit. somniavit.

Vv. 233. 34. eadem fere difficultate laboramus, qua v. 5. Nam Cod. M. offert ἀναστέλλοιεν, reliqui in ἐπαντέλλοιεν conveniunt. Haec est summa discrepantia, unde reliqua magis minusve pendent. Praeterea vim habet probum illud κυνέηθεν, et ex altera parte, κυνέῃσιν, id quidem aperte non sanum, sed bonae, et f. discrepantis lectionis vestigium continens. Plures praeterea terminationes vocc. leviter variari, praetermitto. Iam locus ita est comparatus, ut eadem sententia, iisdem vocabulis, eadem et elegantia et probabilitate pluribus modis variari possit, prouti sive verb. ἐπαντέλλω, sive ἀναστέλλω praefertur. Ita e vulgata elici potest:

μὴ πλόκαμοι, κυνέηθεν ὑποβρύσαντες, ἐθείρης,

ὀξύτερον σπεύδοντος, ἐπαντέλλοιεν ἀήταις.

ne cincinni, sub galea propullulantes, ventis appareant. Vel:

μὴ πλοκάμων ξανθῇσιν ἐπιβρίσαντες ἐθείραις,
ὀξύτερον σπεύδοντος, ἐπαντέλλοιεν ἀῆται.

ne venti, flavis ingruentes comis, surgant. Altera lectio ducit ad haec fere:

μὴ πλοκάμους κυνέῃθεν ὑποβρύσαντας ἐθείρης,
ὀξύτερον σπεύδοντος, ἀναστέλλοιεν ἀῆται.

ne cincinnos, sub galea propullulantes, distrahant venti. Vel:

μὴ πλοκάμους, ξανθῇσιν ἐπιβρίσαντες ἐθείραις,
ὀξύτερον σπεύδοντος, ἀναστέλλοιεν ἀῆται.

ne cincinnos venti distrahant, flavis ingruentes comis. Et ut in illo κυνέῃσιν *alibi* et de κυάνοισιν ἐθείραις cogitari posset, ita fortasse hic rarius vocab. ξυνοχῇσιν, infra v. 264. f. similiter usurpatum, exsculpi potest hoc modo:

μὴ πλοκάμων ξυνοχῇσιν ἐπιβρίσαντες ἀῆται
ὀξύτερον σπεύδοντος ἀναστέλλοιεν ἐθείρας.

ne cincinnorum iuncturis ingruentes venti, comas distrahant. E quibus omnibus, quis dicat, quid unice certum sit; unum hoc certum, neque Lennepii, neque Bekkeri lectionem sanam esse posse. In Nonni loco XVI. 116. a Bek. ad v. 233. laudato, legendum πυρόεντες — ἀῆται. V. 239. Leve est et facile emendandum id, in quo Len. haesit, Hyacinthus Carneus. Difficultas est in particip. παραγνάμψας; Bekkeri παραγνάψας sensu plane destituitur. Verbum παραγνάμπτω, suspectum Schneidero i. Lex. hic non nisi intransitive capi potest, ut περιγνάμπτειν, Odyss. IX. 80. et cognatum παρακάμπτειν, ὑποκάμπτειν etc. Hoc per se non incredibile; sed sic post Ὑακίνθου quaedam deesse videntur, ut miratus Minervae statuam, mox *transgressus Hyacinthi signum, alio iter inflectens*, nescio quo se contulisse dicatur Alexander. Verum relativum, quod

sequitur, ὅν ποτε etc. de versu huius sensus omisso cogitare vix patitur. Et uti verbum διεμέτρεεν v. 237. per ἔνθα μὲν, ἔνθα δὲ duobus participiis iungi potest, ita tamen aptum non est παραγνάμψας, quia et absolute positum est, et pro aoristo sic praesens desideratur. Neque enim ab Apollinis signo ad Hyacinthi imaginem, aut vice versa deflectere:

ἔνθα δὲ Καρνείοιο (sc. εἶδος θηεύμενος), παραγνάμψας Ὑάκινθον,

facile potuit, iunctis potius, ut probabile est, utriusque signis, cf. Pausan. III. 19.; neque mori horum poëtarum convenit, multa ex antecedd. supplere. Neque vero hoc coniectura videtur evitari posse, etsi e lect. Cod. Mut. παραγνάψας, duabus literis, *N* in Μ et Ψ in τ, satis probabiliter mutatis, effingi potest lectio non inelegans haec:

ἔνθα δὲ Καρνείοιο, παρ' ἀγλαΐας Ὑάκινθον,

propter commemoratam mox Hyacinthi pulchritudinem praeferenda huic:

ἔνθα δὲ Καρνείοιο παρ' ἀγλαΐας, Ὑακίνθου,

nisi sic malis: Καρνείοιο παρ' ἀγκοίναις, Ὑάκινθον. Sed hoc magis recedit et multus est Coluthus in usurpando voc. ἀγλαΐα, vid. indic. Lennep. Verum vel sic importuna est illa ellipsis, ita demum evitanda, si participium *praesens* verbi in μι, *videndi, admirandi, laudandi* aut *dolendi* sensu ante Ὑάκινθον, pro παραγνάψας, inveniri potest, id quod equidem frustra quaesivi. Sed certa emendatione v. 241. s. scribendum est:

δῆμος Ἀμυκλαίων ἠγάσσατο, μὴ Διὶ Λητὼ
κυσσαμένη καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν.

Hyacinthi pulchritudinem ita admirabantur Amiclaei, *ut eum*, non secus ac Apollinem, *Iovis et Latonae filium putarent.* Itaque ἀνήγαγεν hic est εἰς φῶς ἤγαγεν, ἔτεκεν. Participio κυσσαμένη apte additus est dativus, (Διΐ,) ap. Hom. ad ὑποκυσσαμένη subintelligendus, Il. ξ. 26. υ. 225. Od. λ. 235. Hym. XXXII. 15. Simplex κυσσαμένη vid. ap. Hesiod. Theogon. 125. 405. Et sic ὑπο-

κνσσαμένη cum dat. dixit Orph. Arg. 189. Caeterum ν produci natura sua Heynio ad l. Hom. prior. non crediderim. V. 247. Verum videtur ἀγχιδόμοισιν, et potuit μέλαθρον ἀγχίδομον, de vicinis aedibus eodem iure dici, quo paulo ante v. 235. αἰπύδμητα δώματα de altis, cf. v. 391. Sed Cod. Mut. f. ἀγχιπόροισιν eo sensu voluit, quo ἀγχικέλευθος dicitur. V. 251. Praeferend. καὶ ἐκεῖνος. V. 254. F. θαλερῶν mutandum in σταθερῶν, aut θαλάμων, cf. 252. aut στάθμῶν, cf. Theocr. Id. XXIV. 15. Tryphiod. v. 339. nisi tutius est, recipere lect. Cod. Mut. θαλερόν, etsi vix substantivum sic omittendum erat. V. 264. Haereo in ξυνοχῇσι καρήνου, quibus nulla lux affunditur βλεφάρων ξυνοχῇ v. 74. incerta, e coniectura, ad v. 233. proposita. Si prius voc. sanum, succurrit ἐνὶ ξυνοχῇσι κορύμβου, quod ambigo, utrum de iunctura κρωβύλου, an de pampini commissura accipiam. Alius f. praeferet ἐνὶ πλοκαμῖσι καρήνου. V. 266. Si εἰπὲ καὶ ἡμῖν ex Od. α. 10. ductum est, fatendum, Coluthum illo loco abusum esse. Nam quod ibi in oratione poëtae ad Musam rectum est, hic ad Paridem ab Helena male dicitur. Mihi olim in mentem venit εἰπέ τε φύτλην. V. 376. Fieri potuit, ut lect. Cod. Mut. Πάριν ποθέουσα, initio participii bis per errorem scripto, in vulgatum πόθῳ ποθέουσα transmutaretur; sed fieri non minus potuit, ut vulgata a sciolo ita interpolaretur. Equidem accusativo hoc lubens carerem; sed mutarem vulgatam in πόθῳ ποθέουσα, ubi erroris causa aperta. Verb. ποθεῖν postulabat, puto, accusativum, πόθον, unde vulgatam corruptam esse patet. V. 287. Aptius foret οἷα μὲν ἠμ. V. seq. pendet ab auctoritate Cod. M. an μαρμαίροντα vulgatae praeferri mereatur. Caeterum quid post hunc versum exciderit, intelligitur e v. 310. s. nimirum distichon huiusmodi:

πολλάκι δ' ἐν σύριγγι λυγύπνοον ἄσθμα τιτaίνων,
εἰς νομὸν εἰλιπόδεσσιν ἐφέσπετο βουσὶν Ἀπόλλων,

ubi repetitum Ἀπόλλων errorem peperit, cf. ad v. 208.

V. 297. Fortasse Cod. Mut. idem vult, ac vulgata lectio, et excidit *καὶ* ante *Κύπριν*; sed simili modo excidere etiam potuit *μή* post *ἐμήν*, ut esset *ἐμὴν μὴ Κύπριν ἐλέγξαις*, quae optativi forma non damnanda est. Verum cum Cod. habeat *ἐμην Κυπριν ἐλεγξας*, fortasse adeo rescribendum:

μή με καταισχύνειας, ἐμὴν ἢ Κύπριν ἐλέγξαις,

Rursus haereo in vv. 300. ss. ut iam ad v. 186. significavi. Vereor, ne prius illud *γυναῖκες* e v. 302. male huc translatum sit. Praeterea totus locus, de mulieribus dictus, multis difficultatibus premitur. Nullae essent, si ita legeretur:

οὐκ ἐρέω, (τί δὲ τόσσον ἐπισταμένην σὲ διδάξω;
οἶσθα γάρ·) ὡς Μενέλαος ἀνάλκιδός ἐστι γενέθλης,
οὔθ', οἷοι γεγάασιν ἐν Ἀργείοισιν ἄνακτες·
καὶ γὰρ ἀκιδνοτέροισιν ἀεξόμενοι μελέεσσιν,
ἀνδρῶν εἶδος ἔχουσι, νόθοι δ' ἐγένοντο γυναῖκες.

Cohaerent iam haec: *οὐκ ἐρέω, ὡς Μεν.* etc. et *οὔτ' ἐρέω, οἷοι γεγάασι ἐ. Ἀργ. ἄνακτες.* Lectionem Cod. M. *εἰ τοῖαι* si quis urget, praesto *ἢ ποῖοι* v. *ἢ οἷοι* eodem fere sensu. Sic apta sunt omnia. V. 317. Admodum ieiunum est *νὺξ ὥπασεν ἠῶ*, vel Colutho indignum; paulo melius esset *ὥπλισεν*. Verum lectio Cod. M. cum antiquis edd. comparata, fecit, ut legendum suspicarer:

νὺξ δὲ, πόνων ἄμπαυμα μετ' ἠελίοιο κελεύθους,
ὕπνον ἐλαφρίζεσκε παρήορον· αὔγασε δ' ἠώς
ἀρχομένη.

Exquisitam lect. Cod. M. *ὕπνον παρήορον*, somnum, noctis *levem* et *veluti lascivientem comitem*, omnino praeferendam existimo. V. 319. lege *κεράων δ' ἀπελάμπετο*, particula necessaria. V. 338. Malim *θαλάμων ἔκτοσθε σοβοῦσα*, cf. Eurip. Hec. 175. V. 338. Etsi *γοεραὶ* dici potuit pro *σοὶ γοερῇ*, concinnius tamen foret *ῥόδεαι*, cf. seqq. V. 341. Scribendum *παραπλαγχθεῖσα*, ut recte passivum occurrit v. 352. et 386. V. 348. Malim *ἐς δρόσον*, ut suadere videntur vv. 342. 343.

V. 359. Legendum *μὴ διερῶν — ῥεέθρων*, vid. ad Non. Hymn. et Nic. p. 37. *s.* ad v. 202. nam *μή* interrogativum non solet cum part. *δέ* dici. Mox recipiendum e Cod. M. *στονόεντος*, nunc, ubi de suffocata in aquis Helena suspicio est, aptius altero. Nonnus hic nihil ad rem facit, ipse f. corrigendus Dionys. I. v. 8. vid. Ill. UWAROFF *Nonnus v. Panopolis* p. 13. et sic *γοήμονος Ἠριδανοῖο*, scrib. Dionys. II. 152. Praeterea si Bekkerus e Cod. M. *ῥεέθροις* recipere et *ἐν* pro inepta *ἐπί* legere suadet, non consideravit, sic adiectivi quoque casum contra omnes Codd. mutandum esse. Sed totus locus sic est scribendus:

μὴ διερῶν στονόεντος ὑπ' Εὐρώταο ῥεέθρων
νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίην σε γαλήνη.

neque praepositio pendet a part. *νηχομένη*, sed a verb. *ἐκάλυψεν*. V. 362. Oppositio omnino postulat *σώζουσι καὶ οὐ κτείνουσι γ*. Mox vv. 363. ss. locus, a multis infeliciter tentatus, certa emendatione sic scribendus est:

ὣς ἡ μὲν στενάχεσκεν· ἀνακλίνασκε δὲ δειρήν
ὕπνος, ἐπεὶ, θανάτοιο συνέμπορος εἴπερ ἐτύχθη,
ἀμφὶς, ἀναγκαίη, ξυνήϊα πάντα λαχόντα,
ἔργα παλαιοτέροιο κασιγνήτοιο διώκειν.

reclinabat eius collum Somnus: nam, si ille comes est Mortis, necesse est, ut, communem cum morte naturam nactus, seorsim (*ἀμφίς*) *quoque* (solus per se) *idem ac frater natu maior efficere possit.* Ut itaque Mors moribundi caput inclinat, ita idem facit Somnus. Sensus certissimus est. Sed de formis quibusdam levem dubitationem facit Cod. Mut. ex quo, erunt fortasse, qui praeferant: *στονάχιξεν· ἀνακλίνεσκε δὲ δ*. Mihi tamen tutius videtur, vulgatum *ἀνακλίνασα* fundum putare verioris lectionis. Et dici vix potest, quam saepe formae istae ionicae in *ασκον* in participia aor. 1. depravata sint. Ita illustri exemplo *εἴξασκ'* ex *εἴξας* Homero restituit Bentleius, Il. *ω*. 43. Et sic in Alcman. fr. 51. Welk. pro ineptis Heynii coniecturis *Κίρκη ἐπήλειψεν*, aut adeo *Κίρκ' ἐπαλείψασα*, probabilius tentari po-

terat ἐπηλείψασκε, si nimirum in eiusmodi fragmento negari posset, participium habuisse in seqq. unde penderet. Superest in Colutho dubium de adverbio ἀμφίς, cum tentari etiam potuisset: ἀμφάδ' ἀναγκαίη sc. ἐστίν, *aperte necesse est.* Importunus tamen apostrophus, etsi tolerabilior illo, qui ὕπνωσ' in vulgata lectione obsidet. Sed ἄμφω ἀναγκ. neque sensus admittit, neque correptio vocalis ω alio Coluthi exemplo adstrui potest. Vide ad Tryphiod. v. 408. Atque ita Dorvillii quoque coniectura corruit. Mox inde a v. 372. mera tantum fragmenta sequuntur. Certe post v. 373. aperte id deest, Hermionen quaesivisse (cf. v. 386.) matrem ubique ita, ut nullum montem, nullum collem praetermitteret, ut v. 374. dicitur. Sed hic rursus videtur lacuna esse; certe post v. 375. sententia aperte imperfecta est: id enim, quod Lennepius vertit, Hermionae in mentem venire non potuit. Paulo probabilius versum 375. post versum 377. idem Lennepius transponebat. Sed sic Hermiones oratio non integrior est, et illud οὕτω v. 375. suadere potius videtur, ut de comparatione cogitemus, veluti:

οὕτω καλλικόμοιο μεθ' Ἁρμονίης πρὶν ὀδίτης
ἄστατος ἤϊε Κάδμος, ἑὴν δ' οὐχ εὗρεν
ἀδελφήν:

Cogitari etiam posset, latere οὔπω in οὕτω, ut Hermione se ante contractas nuptias a matre solam deseri doleret:

οὔπω, καλλικόμοιο μεθ' ἁρμονίην Ἀφροδίτης,
μητέρος ἀντὶ φίλης, μοι ἀνὴρ φίλος
ἐστὶν ἀρωγός.

Verum ridendus sum, qui his somniis tempus perdam. Sed videndum, ne in lect. Cod. Mut. καλλιμόροιο vestigium melioris lectionis lateat; ut et ad illud attendendum est, quod v. 374. id. Cod. transpositis duobus verbis, προλέλοιπα γυναῖκας offert, quasi voluisset:

ποῖον ὄρος μεθέηκα; τίνα προλέλοιπα τὴν' ἄγκεα;

Synizesin tamen, qualis in ἄγκεα esset, evitarunt hi Nonni sectatores; contractum autem ἄγκη nimis a Cod.

M. recedit. Neque repetitum illud τίνα satis apte positum. An fortasse σύναγκος dictum, uti συνάγκεια? Praeterea initio huius orationis v. 372. desidero interrogationem huiusmodi:

χθιζὸν ὀδυρομένην τί δόμων μ' ἔκτοσθε φυγοῦσα,
κάλλιπες —;

V. 377. Cod. Mut. voluit: μὴ μέμφεο, δεινὰ παθοῦσα. Cum forte scriptum esset ΔΙΝΑ, id facile in ΑΙΝΑ mutari potuit. Quod Bekkerus edidit, τόσσα παθούσῃ, coniectura videtur niti, et τόσσα fortassis errore. Caeterum, nisi nefas est, cum Coluthi lacunosa sterilitate comparasse abunde grandem Aeschyli copiam, Hermiones querelae in mentem revocant locum Agamemnonis, ubi propheticae voces Menelaum a coniuge desertum luxisse dicuntur, locus vix satis recte lectus et expositus. Certe parum apta mihi videtur illa κολοσσῶν mentio, v. 424. ed. Sch. mai. et plane ridiculum illud de signis, oculorum vitali gratia destitutis, commentum. Hoc enim desidero:

εὐμόρφων γὰρ κατ' ὄσσων
ἔρχεται χάρις ἀνδρί.
ὀμμάτων δ' ἐν ἀχηνίαις
ἔῤῥει πᾶσ' Ἀφροδίτα.

Ita elegans haec oppositio oritur: *a pulchris oculis* (praesentis coniugis) *gratia venit viro; oculorum vero defectu* (absente coniuge) *perit omnis amor.* — Redeo ad Coluthum, ubi, si in describendo Paridis itinere brevitati studuit poëta ita, ut extremam tantum partem commemoraret, post v. 386. fortasse nihil deest, etsi Bekkerus lacunae signa posuit, ponenda necessario post vers. seq., ubi apertum est, versiculum saltem cum participio et, si ante hunc versum nihil excidit, fortasse cum particula ἤδη desiderari. Ita haec ad describendum Paridis iter, Colutho certe, sufficere poterant:

καὶ Κικόνων πτολίεθρα καὶ Αἰολίδος πόρον Ἕλλης
ἤδη ποντοπόροισι παραλλάξας ἐνὶ νηυσίν,
Δαρδανίης λιμένεσσιν ὁ νυμφίος ἤγαγε νύμφην.

Atque haec hactenus de Colutho. Sed ne charta vacua pereat, addamus

CONIECTANEA IN MUSAEUM.

Praeter Passowium meum unam Moebii editionem inspicere nunc vacat. Musaeus est alter Nonnus, et in rebus metricis. Ita corripit non tantum *αι* et *οι*, v. 161. sed et *ει* 193. 246. *η*, 138. 139. *ου*, 334, ante vocalem; producit monosyllaba in arsi, ut *ᾧ ἔνι*, 188. *εἰ ἐτεὸν δ'ἐθ.* 219. non mutandum propter positionem part. *δέ*, quae post duas arcte cohaerentes similes voculas Nonno eadem est, ut *οὐκ ἀθεεὶ δέ*, VII. 177. alia, de quibus alibi. Vid. ad Tryphiod. Sed vitiosa sunt *ἱλασκομένη Ἀφροδίτην*, 38. et *ἐμοὶ ἕνα*, 210. Productionem ante *ρ*, 320. iam novimus. Rarus tandem apostrophus ita, ut suspectum sit *ταῦτ' εἶπεν*, 272. minime vero ferendae coniecturae *οὗσ' ἱέρεια*, 141. et *δύντ' ὄψομαι*, 213. V. 17. malim *ἅμα* pro *ἀνὰ*, quia tmesis rara; cf. tamen v. 339. In vv. 32. s. impugnanda mihi thesis Lingii mei, post *hiatus Plautinos* magno hiatu prolata. Displicet *γονέων*, quia synizesin hi poëtae non amant; placet sublata distinctio v. s. sed displicet rursus *εἴδει*. Pugnat pro *αἰδοῖ* Christod. 146. Iam v. 34. leg. *οὐ δέ ποτ' ἀ.* V. 37. Musaeo vix dignus. V. 38. Cum productio in *ἱλασκομένη Ἀφρ.* ferri nequeat, aut in *Ἀφροδ.* alia latet lectio, f.

ἀλλ' αἰεὶ καθαρῇσιν ἱλασκομένη φρεσὶ Κύπριν, vel propius *Κυθέρειαν ἱλ. φρεσὶν αὐτήν*, aut *φρενὶ λιτῇ*, mente vel *simplici*, vel *λιτανευτικῇ*; aut pertinuit nomen *Ἀφροδ.* ad v. seq. et desunt post *ἱλασκομένη* quaedam. V. 48. vereor, ut aut huc pertineat, aut sanus sit. V. 49. malim *δῆμος*, ut mox *ναέτης* et *ἀστός*; illud nimis hic languet. Vv. 64 — 66. minus apti sunt in ore poëtae; Nonnus eos interlocutori dedisset, ut post v. 77. bene se haberent. Sed v. 63. non facile eiiciendus, turbat rem. Caeterum v. 65. leg. *τέθηλεν*. Vv. 107. 136. nolim Possowium meum attrectasse. V.

111. Propter κατῆϊεν v. praec. malim κατέβαινε β. V. 125. ἀπόειπε interpretor: *revoca iram parentum meorum*, i. e. revoca id, quod dixisti, quo tibi iram eorum contracturus es; deprecare eorum iram. V. 148. debebat νόμιζε: certe ἱκέτης non κομίζεται, ut f. servus, quem nobiscum abducimus, cf. 151. V. 198. verum f. δαμάζει et v. s. ἀκείεται, ut Od. ξ. 383. et f. Il. π. 29. etsi hic ἀκειάμενος recte ab ἀκέομαι, derivatur: ἀκέω, ἀκεῶ, ἤκεια, ἠκειάμην, ut a καίω ἔκηα. V. 205. lege χεῖμα. V. 210. leg. ἐμοί τινα λ. ut saepe peccatum in paraphr. Nonni. V. 213. Verissime Lennep. emend. οὐκ ὄψομαι ἄντα *B*. Simillima *ANTA* et *ΔΤΝΤΑ* imo f. *ΔNTA*. Simul praecedens *AI* spectandum. Qui verbum ὄψομαι deleverunt, vid. Moebium, oppositionem inter encliticum μίν et seqq. nomina corruperunt. Necessarium itaque duplex verbum. V. 215. non cohaeret, nisi legas ἱκάνων; sed f. vitium est in v. πατρίδος, mire posito. V. 217. s. non tam constructionem a poëta quam hemistichia a librariis confusa puto:

μή μιν ἀποσβέσσωσι, φαεσφόρον ἡγεμονῆα,
λύχνον ἐμοῦ βιότοιο, καὶ αὐτίκα θυμὸν ὀλέσσω.

V. 243. f. ἀγείρας, cf. Christod. v. 7. V. 247. legendum ἄξεο πῦρ, κρ. V. 264. f. ἔχρισεν. V. 276. leg. σέλας θαλαμηπόλον εὐνῇ, cf. Non. D. I. 3. Post v. 280. revocandus versus, temere eiectus. V. 285. leg. λήθεσκε τοκ. nisi versus excidit. V. 293. potius κλονέουσα. V. 297. etsi ἐπήλασε conieci ipse, verum tamen non magis puto, quam ἀνέλκυσε. V. 309. ἀῆται e v. praeced. immigravit; verbum ἀκοντίζειν postulat accusativum. Lege χειμερίας πνοιῇσιν ἀκοντίζοντες ἀπειλάς. Elegans esset:

χειμερίας ναύτῃσιν ἀκοντίζοντες ἀπειλάς

cf. v. 316. Leonid. T. 94. Similiter v. 323. s. non potuit bis poni ὁρμή. F. κύματος ὀργῇ, vel ὤκλασε ῥώμη, a. ἀλκή. V. 325. necessarium ἀνόνητον; alterum contrarium est sententiae. V. 334. F. ἀλωόμενον παρ. Certe ὅς pro ἑός rarum est in his poëtis. Tantum!

600000671K